HIERONYMI TORNIELLI NOVARIEN. IVRISCONSVLTI CELEBERRIMI, IN FAELICISSIMO PATAVINO GYMNASIO A VESPERIS CAESAREI IVRIS INTERPRETIS.

SVBTILISSIMA PARITER AC DOCTA commentaria in Rub. legem Primam, ac Tertiam .ff. de lega. primo, nunc denuo edita, repoſitis erratis, in alijs editionibus, tipographorum incuria admiſsis: quę in operis calce legebantur.



S. Andrea della Valle

VENETIIS
APVD GEORGIVM CABALLIVM
M. D. LXIIII.

13-2-4-34

CLARISS. AC ILLVSTRISS. VIRIS D. SEBASTIANO FOSCARENO, MARCOANTONIO VINIERO, ac Nicolao à ponte Doctoribus grauiſsimis. Venetis Patricijs, ac Celeberrimæ Patauinæ Academiæ Reformatoribus digniſs. Hieronymus Torniellus Nouarien. Iuriſc. S. D.

CVM uotum mihi ſit clariſſimi, & Illuſtriß. Domini complures ideo de me admirari, quòd cum uiginti ab hinc annos in hoc Iuris ciuilis interpræ̨tandi munere uerſatus ſim per multis ſcholaſticis mihi longè gratiſſimis, ut aliqua diuulgarem præcibus maximis exagitantibus, nihil prorſus in lucem ædiderim, ac eoſdem opinari Id à me nulla iuſta probabilive ratione prætermiſſum, ſed uel eam ob cauſam quòd minus uera exiſtimarem, quæ præter aliorum opiniones legendo dicerem, uel quòd alienæ cenſuræ committere non auderem. Vt hæc opinio de me falsò concepta deleatur, quòd fuit in cauſa quominus aliquid hactenus typis mandauerim, curq; nunc hæc commentaria ex aliis uoſtris ſelecta præter inſtitutum meum in lucem prodire concedam, placet afferre, & confido quòd qui mei conſilij cauſam rationemq; cognouerint unà id quod feci ſint probaturi. Ego ſemper arbitratus ſum cogitandum eſſe Iuriſconſultis, qui doctrinæ ſuæ monimenta poſteris relinquere decreuerunt, quòd de omnibus cauſis ſeu quæſtionibus, quas in ſcriptis ſuis pertractant, iudicia ſunt facturi, & quantum detrimenti ſuæ opiniones (ſi à ueritate fuerint alienæ) ſint uniuerſis & ſingulis allaturæ, cum noſtræ tempeſtatis Iudices ſint pluſquam deceat procliues ad cuiuſuis interpretis, licet minus probabilem ſententiam amplectendam. Hæc enim animo reuoluentes omnia prius circumſpicerent diligentiſſimæque rimarentur, & nullam in ſcriptis ſuis affirmarent ſententiam, niſi quam firmis & ualidis fundamentis comprobaſſent, & quam ueram ac laudabilem cognouiſſent, nec Præcipites ad ſcriptorum ſuorum æditionem prolaberentur. Nam ſi cenſemus iudicantem de priuatis negociis & controuerſiis omnia circumſpicere & exactiſſimè rimari oportere, & pœnitus ſibi cauere ne de re dubia ſententiam ferat, o cuius errorem unica cauſa læditur, & ſinguli tantum incommodo afficiuntur, quanto magis animaduertendum erit Iuriſconſultis, qui ſcripta ſua proferunt, qui falſa opinione reipu. nocerent, totq; iudices & legum interpretes in errorem inducerentur. Hoc fuit in cauſa cur per tot annos nulla ratione induci potuerim, ut aliquid æderem, & in lucem prodire permitterem. Arduum quippè & mihi difficile uidebatur in tam uariis doctorum opinionibus de dubiis quæſtionibus certam ferre ſententiam, illis rationibus & fundamentis comprobatam, quæ omnem dubitationem tollerent ac eos qui æduntur commentarios inanes & poſteris minime profuturos cenſebam, qui dubias quæſtiones nulla concludenti ratione deciderent. Verum cum illa opinio, quòd à me plura magis ad aliorum æmulationem, & carpendi ſtudio, quam quòd ita ſentirem dicerentur, admodum inualeſceret, ac proptèrea quæ dicerem minorem authoritatem habere uiderentur, & iam aduerſus iuuenes de me optime meritos, quorum precibus non ceſſeram, ingratus haberi cœpiſſem, coactus ſum uel inuitus aliqua ex parte a priori inſtituto recedere, non ut omnes lucubrationes meas ædam, (neque enim audeo de ſcriptis meis tantum mihi policeri, ut ea ſint quæ poſteris prodeſſe poſſint, & noſtræ iuris prudentiæ aliquam uel minimam lucem adferre,) ſed ut aliquas repetitiones diuulgem, quibus oſtendam non iis de cauſis, quas eſſe nonnulli ſibi falsò perſuaſere, ſed alijs & quidem iuſtis rationibus me ab æditione ſcriptorum meorum hactenus abſtinuiſſe, nihilque unquam aliorum æmulatione, nihil carpendi ſtudio, nihil ad pompam (ut aiunt) diſeruiſſe, ſed quæ tantum ad ueros & proprios legum ſenſus facere ueraque putarem, quantum pro uiribus ingenii mei licuerit, retuliſſe, & quibus de ingrati animi nota apud ſcholaſticos de me benemeritos purgarer, & aliqua uillicationis noſtræ apud uos ratio redderetur. At quantò authoritas mea minor eſt, eò libentius & confidentius iſtud à me fieri poſſe iudico, cum enim opiniones noſtræ nulla ſint authoris ſui exiſtimatione munitæ, nullam inuenturæ ſunt laudatorem, niſi quæ ueris & firmis rationibus fuerint comprobatæ, quare non eſt mihi timendum, quòd opinionibus meis, ſi quæ minus ueræ fuerint, (quod plurimum uereor) quiſquam aliquem errorem inducatur. Hæc igitur commentaria ab aliis noſtris excepta delegi, quæ in lucem ſub auſpiciis ueſtris prodire permitterem. Quibus ducibus reuiſa & ſcholaſticis noſtris interpretata fuere. Suſcipite ergo ſenatores optimi iſtud noſtrum qualecunque munuſculum, teſtimonium meæ erga uos obſeruantiæ, ac me qua ſoletis beneuolentia proſequamini.

Patauii Idibus Nouembris. Anno à Virginis partu. M D X L V I.

DOCTA, ET SVBTILIS REPETIO famigeratæ Rubricæ .ff. de legatis primo Excellentiſſ. Iuriſconſ. domini Hieronimi Tornielli Patricij Nouarienſis Iuris Cæſarei Veſpertini in Patauino Gymnaſio interpretis.

SVMMARIVM.

1 LEGATVM an cenſeri debeat pars intgralis uel ſubiectiua teſtamenti, & num. 7.

2 Quæ ſit illa diſpoſitio, quæ poſſit denotari per hunc terminum teſtamentum, & an legatum de ſe, uel hæredis inſtitutio de ſe, poſſit dici teſtamentum.

3 Quomodo intelligatur, ſeu exponi debeat diſinitio teſtamenti, de qua in l.i.ſupra de teſt.

4 Quomodo intelligi debeat alluſio teſtamenti, uidelicet quòd ſit teſtatio mentis.

5 Quæ ſit ratio.l.ſi is qui ſupra de teſt. & l. ſurioſum. C. de teſtam.

6 Ratio quare per ſecundum teſtamentum tollatur primum, & quare quis non poſſit decedere cum pluribus teſtamentis.

7 Vtrum uitietur teſtamentum, quando ante perfectionem teſtator obmutuiſſe, caſu quo ſolũ deſſet legatũ ad complementũ teſtamenti, quid in codicillis.

8 An continuatio gloſſ. ſit bona.

9 Quare in ff. & .C. præpoſita ſit rub. de codicillis, rub. de legatis, in Inſtitutionibus uero ſit prępoſita rub. de legati.

10 An & quando uerbo lego in teſtamentis poſſit importare inſtitutionem.

11 Inſtitutio non põt ſignificari niſi per uerbum quod ad perſonam honoratam referatur, ut circa illam diſponat, non autem per uerbum per quod ſolum de rebus diſponatur.

12 Verbum lego, non eſt aptum ad deſponendum circa perſonam, ſed ſolum circa res.

13 Declaratio uerborum Bar. in l. centurio. dum dicit, quòd uerbum lego in dubio eſt directum, & non dico directum, ſed directum ad ipſum legatarium.

14 Intellectus ad.l. uerbis legis. infra de uerb. ſignific.

15 Intellectus ad. cap. Raynaldus, de teſta.

16 Quod diſpoſitio edicti de lega. præſtandis. quæ loquitur de legatis, non trahatur ad inſtitutionem, quia illã conſeruat in uim legati, nõ in uim inſtitutionis.

17 An ſit differẽtia inter uerbũ relinquo, & uerbũ lego.

18 An uerbum lego importet inſtitutionem, quando teſtatur dixit, lego omnia bona mea, nullus ſit inſtitutus heres uniuerſalis.

19 An importaretur inſtitutio ubi teſtator dixiſſet, lego filio meo tertiam partẽ bonorũ pro ſua legitima.

20 Et an clauſula quòd omnia diſpoſita in teſtamento ualeant omni meliori modo, operetur quòd legatum factum filio ualeat in uim inſtitutionis.

21 An in ſtatuto probibẽte legari uxori, uideatur in conſequentiam probibita inſtitutio uxoris.

22 An uerbum lego de iure. xij. tabularum ſignificaret fideicommiſſum.

23 Quõ intelligi & declarari debeant tres diffinitiones quæ aſſignantur de legato, cum. 5. ſequentibus.

24 Quod donatio inter uiuos, uel donatio cauſa mortis non dicatur delibatio hæreditatis.

25 Quòd etiam non poſſit donatio inter uiuos, ſeu cauſa mortis dici teſtamento relicta.

26 Verbum relinquo denotat, quòd id de quo agitur, inducatur ex illa ſola diſpoſitione ad quam refertur.

27 Quod inſtitutio non dicatur donatio teſtamẽto relicta.

28 Quòd nec donatio inter uiuos, nec cauſa mortis, nec inſtitutio dicatur donatio relicta a defuncto.

29 Tunc dicitur eſſe legatum, quando ex ſola diſpoſitione teſtantis acquiratur ius honorator, quod teſtator intendebat transferre.

30 An diffinitiones legati conueniant fideicommiſſo, & quid proprie ſit legatum, quid uerò fideicõmiſſum.

31 Quibus uerbis conſtituatur legatum, & quibus fideicommiſſum, cum pluribus ſequentibus.

32 Quòd uerba legatorum ſignificent diſpoſitionem efficacem, uerba fideicommiſſorum non ſignificent diſpoſitionem efficacem, ſed ſit efficacem, magis attenta mente, quã ſignificatione uerborũ.

33 Omnia uerba executiua ſine uerbo diſpoſitiuo prolata ſignificant legatum.

34 Idem ſi ſint prolato ſimul cum uerbo diſpoſitiuo præceptiuo.

35 Idem etiam, quando ſimul cum uerbo executiuo ſit uerbum diſpoſitiuum, quod licet non ſit præceptiuum, non tamen ſit præcarium.

36 Ratio quare uerbum peto, & uolo non dicatur preceptiuum, quamuis etiam non ſit precarium.

37 Quòd uerba uolo. & peto non importent legatum quamuis ſint adiecta verbo executiuo, ubi illud uerbum executiuum, nec expreſſe, nec in conſequẽtiam habet relationem ad actum honorati ſeu grauati.

38 Tunc uerbum fideicommitto, ſeu aliud precarium importat fideicommiſſum, quando uerbum executiuum ſibi adiectum, refertur ad actum grauati, ſecus ſi ad actum honorati, quia tunc eſſet legatum.

39 Quod nullum uerbum diſpoſitiuum de per ſe ſignificet legatum, preter uerba preceptiua.

40 Quòd licet ſint uerba ſignificantia diſpoſitionem efficacem, quòd tamen non indicatur legatum ſed fideicommiſſum, quando eſſent alia uerba, quæ denotarent, quòd propter aliud eſſent prolata quam ad ſignificandum legatum.

41 Ratio propter quam in pluribus. ll. eadem diſpoſitio denominetur, & legatum, & fideicommiſſum.

42 Quòd ex illa cauſa, quia in legatis inſpiciebantur uerba, in fideicommiſſis uero ut uoluntas, proceſſerint plures differentiæ inter legata, & fideicommiſſa.

43 Qua ratione olim fideicõmiſſa non eſſent efficacia.

44 Et quare olim potius fideicommitterent, quam legarent incapacibus.

45 Quare in. ff. & C. prius tractatum ſit de fideicommiſſis particularibus, quam de fideicommiſſis uniuerſalibus, & in inſtitutionibus prius de uniuerſalibus.

De legat. j. Rubr.

CIRCA gloſ. Rubrice, pro expeditio-
ne eorum, quæ dicitur per doct. circa
continuationē gloſ. de duobus uiden-
dum eſt, primo quomodo ſe habeat
legatum ad teſtamentum, ſecundo an
continuatio gloſ. ſit bona.
Circa primum, gloſ. dicit quòd ſe
1 habet tanquā acceſſoriū † & ſic pars
accidentalis teſtamenti, quia acceſſorium dicitur pars,
ſed accidentalis. l. quòd ſi nolit. §. ſi. ff. de edil. edic. l. in
rem. §. ſi quis rei ſue. ff. de rei uend. gloſ. in l. malū in uerſi.
pars nauis. ff. de uerb. ſign. & propterea ſecūdū Cin. Alex.
& alios, gloſ. uult, quòd legatum non ſit pars ſubſtantialis,
prout eſt pars integralis, quæ eſt neceſſaria ad perfectio-
nem totius d. l. malum. l. eum qui edes. ff. de uſucap. nam
teſtamentum ſtare poteſt ſine legatis. l. j. §. qui neque le-
gaturus ſup. de hære inſti. Soc. hic dicebat, quòd legatū
ſe habet, tanquam pars ſubiectiua ad teſtamentum in ge
nere, hoc eſt capiendo teſtamentū prout eſt teſtatio men
tis, ut dicitur inſti. de teſt. in principio, & prout prædica
tur de qualibet ultima uoluntate, nec contra hoc dictum
Soc. obſtat ſi dicatur, quòd quia ad poſitionem legati non
ſequitur poſitio teſtamenti l. ſi idem. C. de codicillis, pro-
pterea non debet dici pars ſubiectiua. l. ſi quid carum. §.
inter emptum. ff. de leg. iij. Bar. j. l. qui uſum fructum. ff. de
uerb. oblig. nam reſpondent communiter Mod. quòd non
ſequitur poſitio teſtamenti in ſpem ſumpti, prout prædi
catur de ultima uoluntate ſolenni, & perfecta, & cui con
ueniat diffinitio, de qua in l. j. ſup. de teſta. & ita loquitur
tex. in d. l. ſi idem, ſed bene ſequitur poſitio teſtamenti in
genere ſumpti, prout predicatur de qualibet ultima uo-
luntate, Nec rurſus obſtabit ſi dicatur, quòd iſta poſitio te
ſtamenti, non ſequitur proprie, ad poſitionem legati,
quia codicilli non compræhenduntur appellatione teſta-
menti, niſi ex largo, & improprio ſignatu, propterea non
poterit dici pars ſubiectiua, quia genus uerificatur in qua
libet eius ſpecie, ſecundum proprium ſignificatum, ſecun
dum Bald. in l. de quibus ff. de ll. quia reſpondetur ſecun-
dum doct. quòd immo etiam quælibet ultima uoluntas
dicitur proprie teſtamentum, quia conuenit alluſio uoca
buli, de qua inſt. de teſt. in princ. ex qua ſumitur propria
ſignificatio, dūmodo non repugnet diffinitio, ut per Bart.
in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iure, dum loquitur de in-
terpretatione declaratiua, per l. pupillus. §. territorium,
& l. tugurij, de uerb. ſign. no. doct. in le. ij. §. appellata. ff. ſi
cert. pet. nam licet diffinitio teſtamenti, de qua in d. l. j. re
pugnet non tamen repugnat diffinitio teſtamenti, in gene
nere ſumpti pro qualibet ultima uoluntate. Alio modo
poteſt reſponderi, quòd licet teſtamentum prædicetur ſo
lum improprie, de qualibet ultima uoluntate, tamen ad
poſitionē legati, proprie ſequitur poſitio huius teſtamen-
ti improprij, ſicut ſequitur, poſitio ultime uoluntatis
quemadmodum dicimus, quòd ad poſitionem bonorum
poſſeſſoris, ſeu fideicommiſſarij, proprie ſequitur poſitio
utilis hæredis, quamuis utilis hæres, non ſit hæres pro-
prie. §. quos autem inſt. de bon. poſ. l. j. § bonorum. l. poſtu
lante infra ad trebell. Ex prædictis ſequitur, quòd de iu
re antiquo, quando legata non poterant relinqui, niſi in
teſtamento. §. præterea inſt. de fideicom. hære. quòd lega-
tum diceretur pars ſubiectiua, quia poſito legato, ſequi
tur poſitio teſtamenti ſolemnis, quod tamen non puto ue
rum, ut infrà dicam.
Secundo etiam idem Soc. dicebat, quòd legatum ſe ha
bet tanquam pars integralis ad illud teſtamentum, in quo
factum eſt ſi teſtamentum conſideretur, pro forma eſſen-
tiali, & cōtextuali, per l. ſi is qui ſupra de teſtam. & l. furio
ſum. C. qui teſt. face. poſſunt, nam forma eſſentialis, &
contextualis teſtamenti cōcluditur in ultimo puncto ſeu
litera, ut dicit, Bal. in d. l. ſi is qui Nec obſtat ſi dicatur,
quòd immo teſtamentum eſſet, ubi teſtator, mutata uo
luntate, illud feciſſet ſine legatis, & propterea non debet
dici pars integralis, quia ultra ſolutiones Mod. qui dicūt,
quòd ſit pars integralis ex accidenti, dici poteſt, quod ſi ſic,
ſi non fiat legatum, mutata uoluntate, non erit amplius
illud teſtamentum, ſed aliud. l. j. §. ſi quis ſimpliciter, &
quod ibi alias dixi. ff. de uerb. obl. quod etiam uoluit Soc.
Iunior hic. Si iterum inſtabis quòd ubi legatū foret adem
ptum, uel alias caducum, remaneret tamen idē teſtamen-
tum, igitur, legatum non dicetur eſſe pars integralis.
Reſpondetur quòd licet per ademptionem, ſeu caduci
tatem, legatum reddatur nullum, ſeu nullius momenti,
propterea non dicetur tolli, quin ea legati diſpoſitio ſit in
rerū natura, & quin dicatur adhuc adeſſe ea pars legati,
cōtextualis teſtamenti, & ideo nimirum, ſi dicitur totum
remanere, quia ad integrandum, & perficiendum teſta-
mentum, licet requiratur, quòd interueniat legatum,
quod teſtator intendebat facere. d. l. ſi is qui, & d. l. furio
ſum, non propterea requiritur, quòd ipſum legatum ſit
ualidum quia etiam quòd a principio foret nullum, dice
retur tamen teſtamentum perfectum, nam eſt legatum,
licet proprie non poſſit dici, cum ſit ſine effectu. l. iiij. §.
condemnatum. ff. de re iud. l. j. ff. quod quiſque iuris.
Tertio dicebat Soc. quòd legatum poteſt dici pars ſu-
biectiua ad teſtamentum Titij, capiendo teſtamentū ma-
terialiter, hoc eſt pro diſpoſitionibus compræhenſis in
eo teſtamento, nam tot dicentur teſtamenta, quot diſpo-
ſitiones compræhenſe in eod. l. ſcire debemus. ff. de uerb.
obl. Et ſi dixeris quòd iſta duo repugnant, quòd teſtamen
tum capiatur in ſpecie, & quòd prædicetur de legato, tan
quam de parte ſubiectiua, quia non prædicatur de lega
to, niſi dum capitur in genere, & in largo ſignificatu. Re-
ſpondetur quòd intentio Soc. fuit. capiendo teſtamentum
in ſpē, hoc eſt, pro illo teſtamēto facto, puta, per Titium,
non ad excluſionem generalis ſignificationis huius dictio
nis. Si diceſēt, quod hęc uidentur incompatibilia, quòd
legatum dicatur eſſe pars integralis, & pars ſubiectiua
eiuſdem teſtamenti, cum pars integralis ſequatur ad po
ſitionem totius, neceſſario. d. l. malum. d. l. eum qui edes,
pars autem ſubiunctiua non ſequatur neceſſario, ſed in
potentia, ad poſitionem generis, et per iſtud, aliqui re-
præhendunt Soc Reſpondeo, quòd intentio Soc. fuit, quòd
dicatur pars integralis, dum conſideratur teſtamentum
pro forma contextuali, & eſſentiali, & ſic dum conſidera-
tur, ut unum, quia una eſt forma contextualis, & eſſen-
tialis, ſed dum illud unum conſideratur, ut plura, & tot,
quot ſunt diſpoſitiones in teſtamento dicetur pars ſubie-
ctiua, nec ſequetur neceſſario ad poſitionem teſtamenti
facti per Titiū, ſed ſolum in potentia, quia poterit tolli
legatum remanente eod. teſtamento ipſius Titij. Et ſi di-
xeris, quòd licet poſſint dici, tot ſtipulationes quot res. d.
l. ſcire debemus, non tamen propterea dicentur tot teſta
menta, quot ſunt diſpoſitiones in eo contente, quia quis
non poteſt decedere cum pluribus teſtamentis, quoniam
per ultimum tollitur primum. §. poſteriore inſti. qui. mo.
teſt. infir. Bal. in l. humanum. C. de ll. declarant docto
in l. ſi mihi. §. in legatis infra eodem. Reſpondetur
quòd immo quis poteſt decedere cum pluribus teſtamen
tis, capiendo teſtamentum in genere, pro qualibet diſpo-
ſitione ultime uoluntatis, ut declarat Soc. poſt. Aret. quē
refert, in d. §. in legatis, uel dici poteſt, quòd non decedit
cum pluribus teſtamentis, diuerſo tempore factis, ſed be
ne cum pluribus factis eodem tempore, ut hic preſuppo-
nebat Soc. & ad tex. in l. quæ conditio. ff. de condi. & demon.
de quo opponit Rui. hic eſt ſolutio, quòd dicitur unum te
ſtamentum, dum capitur pro forma eſſentiali, ſeu con-
textuali. dicuntur plura, prout conſideratur materialiter,
& in his reſident doct. Tu uero aduerte, quia ueritas
2 omnium prædictorum depēdet ab intelligentia alterius
articuli, uidelicet quæ ſit illa † diſpoſitio, quam. ll. uo-
luerunt denotare, per illum terminum, teſtamentum, nā
ex hoc cognoſcemus quomodo ſe habeat legatum ad te-
ſtamētum, plerique uidelicet cōmuniter Mod hic Aret.
& Soc. in d. § in legatis. Imo. in d. l. ſi is qui, præſuppo-
nūt quòd per iſtum terminum, in ſui generali ſignificatu,
denotetur quælibet ultima uoluntas, etiam particularis,
& ut puta, ipſa hæredis inſtō de S, aliquod legatum de ſe
& ſic de alijs ultimis uoluntatibus, pro quo allegatur tex.
in l. cum antiquitas. C. de teſta. in qua ſit mentio horum
trium

triū, uidelicet teſtamenti, codicilli, et ultimę uolūtatis.

Ego uero ſemper exiſtimaui, q; teſtamentum ſignificet ūlani diſpoſitionem, in qua diſponitur, de omni & toto eo, quod teſtator uoluit fieri. poſt mortem ſuam, circa eius hæreditatem, & ita intelligi. & declarari debet diffinitio teſtamenti, de qua in d.l.j. ſupra de teſt. quia dum dicitur iuſta, †illud uerbum, ſecundum Bar. poſt gl. ibi, exponitur, id eſt perfecta, & perfecta non eſt, niſi compræhendat omne, quod uoluit &c. Sic dum dixit, eo, indefinite, nam debet ęquipollere uniuerſali, ac ſi dixiſſet omni eo. l. ſi pluribus infra. tit. j. hoc etiā manifeſte cognoſcitur, quia de iure. xij. tab. uel ſaltem ante Auguſti tempora, non poterat quis particulariter diſponere de aliquo, ſed illa facultas fuit introducta, per Auguſtum inſt. de codicill. in princ. propterea ſequitur, quòd per teſtamentum diſponebatur de omni eo, quod quis uolebat fieri poſt mortem ſuam, hoc etiam dignoſcitur ex illis tribus generibus teſtamenti de quibus inſt. de teſt. in prin. ſic debet declarari alluſio † ſeu ethimologia teſtamenti, de qua Inſtic. de teſt. in prin. uidelicet quod ſit teſtatio mentis, nam niſi tota mens ſit explicata, non dicetur teſtatio mentis, ſed ſolum teſtatio partis eius, quod fuit in mēte, hac ratione codicillo non conuenit appellatio teſtamenti. l. ſi idem. C. de codicil. quia in eo non diſponitur de omni eo, quod teſtator uoluit, nam uenientes ab inteſtato uoluit hæredes fore. l. conficiuntur. ff. de iure codicil. & de hoc non diſpoſuit, immo non poteſt diſponi in codicillis. l. cum quis decedens §. ſciam. infrà. de leg. iij. l. ſceuola. infrà. ad trebell. & ideo nulla particularis diſpoſitio de ſe, ſiue ſit legatum, ſiue hæredis inſ ō, quando aliam teſtator facere uoluit, dici poteſt teſtamentum, & per hanc rationem procedit deciſio tex. in d. l. ſi is qui & in. d. l. furioſum † quia ſi aliquid deſit, quod teſtator uoluerit diſponere, quia tunc ea diſpoſitio non erit de omni eo, quod teſtator uoluit, non dicetur factum teſtamentum, & propterea Bar. & alii doc. ibi dicebant, quod teſtamentum erat quoddam indiuiduum: per hanc rationem procedit illa deciſio, quod per ſecundum teſtamētum tollitur primum, & quod quis non poteſt decedere cum pluribus teſtamentis. d. §. poſteriore. l. i. & ii. ff. de iniuſto rupto teſtamento †. nam ſi ſecundum debuit dici teſtamentum, apparet, quod ſit de omni eo, quod uoluit & c. & propterea quod non uoluit id, de quo in primo diſpoſuit, quia ſic, ſecundum non eſſet teſtamentū, quia non eſſet de omni eo, quod uoluit, & non poſſunt eſſe duo teſtamenta quia non poſſunt eſſe due diſpoſitiones de uniuerſo eo, quod uoluit, ſed eſſent de particulari, & propterea ſi utraque ſtaret, neutra diceretur teſtamentum. In milite tamen hoc permittitur, ut dicitur in. l. quærebatur. infrà. de teſta. mili. quia poteſt de una hæreditate conſtituere, ut intelligantur due hæreditates, ſeu duo patrimonia, ut in. l i. C. de teſt. mili. & quælibet diſpoſitio dicetur uniuerſalis, quoad unā hæreditatem, & propterea cuilibet conueniet appellatio teſtamenti. Prædicta, iudicio meo fuerunt de mente Bart. poſt gl. in. d. l. i. dum exponunt illud uerbum, iuſta, poſitum in diffinitione, hoc eſt, perfecta, & hoc modo procedat illa opinio relata, per glo. ibi, eorum, qui exponebant de omni eo, hoc eſt de uniuerſo, nam non uoluerunt intelligere, de uniuerſo patrimonio, prout intelligebat glo. quæ propterea reprobat, ſed de uniuerſo, quod uoluit teſtator fieri, ut ſupra declaraui, & hoc modo, non procedit reprobatio glo. ut patet. Ex prædictis infero † quod deciſio tex. in. d. l. ſi is qui. & d. l. furioſum. procedit ubi ſolum deeſſet legatum. prout etiam omnes communiter intelligunt, per prædictam rationem licet Soci. Iuni. dicat poſſe teneri, quòd dicta iura procedant, quando teſtamentum deficiebat, circa hæredis inſtitutionem, ſecus autem, ſi circa legatum tantum, per tex. in. l. ij. in princ. ſupra. de hær. inſtitu. & l. cum pater. in ſi. ſupra. tit. j. & in. l penul C. de inſti. & ſubſt. Ad quæ iura patet Sol. ex iis, quæ circa intellectum dictarum ll. dicentur in. l. ſtichum. qui meus erit. infra. eo. Mouetur etiam per quædam alia, ad quæ patet Sol. ex dicta ratione ſuperius declarata, quia dum teſtator uoluit facere teſtamentum, apparet, quòd uoluit facere diſpoſitionem uniuerſalem, ſeu integralem, de omni eo, quod uoluit &c. nō autem particularem, & propterea ubi aliquid deſit, ea diſpoſitio erit ſolum de parte eius, quod uoluit, nō de omni, & propterea, ſi ualeret, nō eſſet teſtamentum, ſed eſſet codicillus. Et non poteſt ualere teſtamentum, in uim codicillorum, niſi ſit dictum à teſtatore. l. non codicillum. C. de teſta. Bene poteſt inferri, quòd. d. l. ſi is qui. non procederet in codicillis, quia in ipſis non uoluit facere integrā diſpoſitionem de omni eo, quòd uoluit, ſed tantum de parte. Et propterea quælibet diſpoſitio particularis, abſoluta, et perfecta, quo ad ſe ſuſtinebitur, quāuis aliam diſpoſitionem particularem codicillans addere uoluerit & non potuerit, nam dicentur poſſibiles codicilli & tot quot diſpoſitiones, & quælibet diſpoſitio de per ſe, dicetur, perfecta, & a ſe recipit uim, & effectum, non ab altera, & in codicillis procedunt omnia argumenta Maria. Soc. hic.

Ex his colligitur declaratio huius qōnis, de qua hic diſputant Doc. uidelicet quomodo ſe habeat legatum ad teſtamentum. Nam apparet, quòd nullo modo ſe habeat, tanquam pars ſubiectiua, ex quo legatum non poteſt aliquo modo dici teſtamentum, cum nō ſit diſpoſitio, de omni eo, quod uoluit teſtator. Nec dicas, quòd ſit teſtamentum, capiendo teſtamentum in genere, quia teſtamentum in genere, prædicatur de ſolemni, & de non ſolemni, ut in rubr & per totum ſupra de iniuſto rup. teſt. & l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſta. Tamen non prædicatur de ea diſpoſitione, in qua non fuerit tota defuncti uoluntas explicata de eo, quod uoluit fieri poſt mortem ſuā, ut patet ex prædictis. Nam tunc deficit ſubſtantia teſtamenti, ut dicunt Bart. & communiter Doc. in d. l. ſi is qui, & propterea non poterit eſſe teſtamentum. Bene ſe habet tanquam pars integralis teſtamenti, ex accidenti, ut uoluit glo. noſtra, eo uidelicet caſu, quo teſtator uoluiſſet legare, quia alias, non poſſet eſſe teſtamentum, hoc eſt, integra diſpoſitio de omni eo, quod uoluit teſtator, ſi etiam legatum non foret. Sed neceſſario non erit pars integralis, caſu quo teſtator non uellet legare. l. j. §. qui neque legaturus ſupra de hæred. inſt. Inſtitutio quidem dicetur eſſe pars integralis, neceſſaria, quia nō poteſt eſſe teſtamentum, hoc eſt, diſpoſitio integra de omni eo, quod uoluit, niſi ſit inſtitutio, quia ſemper præſupponitur, defunctum in quacunque diſpoſitione ultimæ uoluntatis, uelle aliquos eſſe hæredes. d. l. conficiuntur, & propterea, ut ſit integra, & de omni, quod uoluit, dicta diſpoſitio, & ſic ſit teſtamentum, requiritur inſtitutio. Nec mireris, quòd præſupponatur pars integralis, ex accidenti, quia eo modo, dies dicetur pars ſtipulationis. uidelicet quando pars uoluit apponere diem, non autem alio caſu. l. j. §. diem. ff. de edendo iuncto. §. omnis inſti. de uerb. oblig.

Circa ſecundum, an continuatio glo. ſit bona. Dicas,
8 quòd ſic. † Nam intētio glo. fuit dicere, quòd ſupra uiſum fuit de teſtamentis, & de alijs diſpoſitionibus neceſſariis & principalioribus ipſius teſtamēti, cum aliis, quę eaſdem diſpoſitiones reſpiciunt, uidendum nunc erat, de alijs partibus accidentalibus, & acceſſorijs ipſius teſtamēti. Quarum duo ſunt genera, uidelicet legatum, & fideicom. ideo hic poſuit rubr. de legatis, & fideicom. Nec ob quæ, contra hanc continuationem, adducuntur per ſcrib. & primo non obſtat, quòd uideatur fieri ad remota, contra. l. ij. ff. de ſtatu hominum. Nam ſolutio eſt, quod licet principium, ſeu ratio continuationis, incipiat a remotis, tamen dicitur fieri ad proxima, quia terminatur continuatio ad proxima. Nam in dicta continuatione includūtur omnes tituli a titulo de teſta. uſque ad titulum de iure codicillo. Non ob. quòd non ſit ad rub. de iure codicillo. immediate præcedentem, quia ſolutio eſt, ut infra ſtatim dicam. Et pro reſolutione, debes ſcire, quòd quærunt Doc. hic † quare in
9 ff. poſita fuerit rub. de iure codicill. ante rub. de lega. & ſic in C. in inſtitutionibus uero, imperator antepoſuerit rub. de lega. Et hanc q. Doc. non bene reſoluunt. Tu dic rationē eſſe, quia in. ff. & C. ſtatim tractaturus erat, de lega. & fideicomm. & quia fideicom fiunt in codicillis, propterea debuit anteponere rubr. de codicill. ſeu de iure codicill. Sed in inſti. quia ſeparatim tractatur, prius de legat., & deinde de fideicom. Nulla erat ratio, quare debuiſſet præponi rub. de codicill. cum de iure ſtorum. legata non fierent

rent in codicillia.§.præterea.inſti.de fideicomm. hæredi.
quod etiam, ſecundum aliquos, procedit de iure hodier-
no, de qno tamen infra dicetur. Et licet prius, tractaue-
rit de fideicommiſſia quam de codicillis in inſtitutioni-
bus, iſtud fuit propter ſimilitudinem, quam habent fidei-
com. cum legatis, & propterea infertur ſolutio, cur non
fuerit facta continuatio ad rub. proxime præcedentem,
quia illa fuit antepoſita, occaſione fideicom. de quibus tra
ctandum erat, in præſenti rub. & ideo ſatis eſt quod fiat
continuatio, ad illas rub. quæ per ſe principaliter erant
præponende, arg. l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cer. pet.

Ad aliud etiam, de quo opponit Iaſ. uidelicet, quia in
hac continuatione, gloſ. præſupponit, quod ſubſtitutio
non ſit pars acceſſoria teſtamenti, & tamen teſtamentum
poſſit fieri ſine ſubſtitutione. Eſt ſolutio ut hic per eum,
uidelicet, quod licet poſſit fieri, ſine ſubſtitutione, tamen
poteſt effici ſubſtitutio, principalis pars, ſeu caput teſta-
menti, caſu quo, ſit purificata ſubſtitutio. l. iii §. fi. ſupra de
lib. & poſthu. propterea non debet dici pars acceſſoria.

Ad aliud, quia uidetur præſupponi, quod codicilli non
ſint de acceſſoriis teſtamenti, quod uidetur contra text.
in. l. i.. C. de codicill Reſpondetur ultra ea. quæ per Iaſ.
hic dicuntur, quod gl. uoluit ſolum intelligere, de illis di
ſpoſitionibus acceſſoris, quæ fiunt in teſtamento, & codi-
cilli non fiunt in teſtamento, ſed ante, uel poſt, aut nullo
condito teſtamento, toto tit. ſupra de iure codicil. nam ſi
fierunt eodem contextu, cum teſtamento, non eſſent codi-
cilli. l. fi. C. de codicillis, & propterea gl. ſolum expreſſit
lega. quæ iſto iure ſolum fiebant in teſtamento. d. §. præ-
terea, non autem expreſſit de fideicomm. quia poterant
fieri in alia diſpoſitione, quam teſtamenti.

Ad intelligentiam. l. i. plura præmittunt Pau. & Ale-
xan. in. l. i. quæ congruentius tanguntur per alios doc. hic,
& primo, quia rub. noſtra denotat, quòd legatum ſit di-
ſpoſitio diſtincta ad hæredis inſtitutione, quod etiam ma
nifeſtius probatur, in. l. uerbis legis. ff. de uer. ſig. & ex
diffinitione legati, de qua in. l. legatum infra eo. tit. & in.
§. i. inſt. eo. propterea Alexan. & poſt eum Mod. reaſſu-
10 munt illam. q. hic. † An uerbum lego, in teſtis aliquan-
do poſſit importare inſtitutionē, de qua poſt Bar. ibi tra-
ctant, doc. communiter. i. l. centurio, & licet Bar. & com-
muniter doc. tenuerint, quòd iſtud nerbum, lego ſit obli-
quum, & non commune, et propterea, quòd nunquam poſ-
ſit importare inſtitutionem, tamen Alexan. hic poſt plu-
res per eum relatos. Quem etiam ſequuntur complures
Mod. hoc, & in. d. l. centurio, tenuit, quòd communis opi-
nio procedat, ubi ſit alius hæres inſtitutus. Sed in caſu,
quo iſtud nerbum referatur ad uniuerſitatem bonorum,
& nullus ſit alius inſtitutus, nolunt quòd per illud uer-
bum, lego, inducatur iſtō per plura, de quibus per eum
hoc. & per Mod. hoc, & in. d. l centurio. Ego uero hoc, &
in. d. l. centurio ſecutus ſemper fui communem opinio-
nem Bar. per iura allegata per eum, in. d. l. mulier. §. fi.
infra ad trebel. & in. l cum ex filio ſupra de uulga. quia
ſolutio doc. quòd ibi ideo ſit, ex quo alius foret hæres uni
uerſaliter inſtitutus, non euacuat difficultatem, quia Iu-
riſconſul. in caſu dictarum. ll. utitur iſto uerbo, legauit,
ad denotandum, quòd non erat inſtitutio, ſed fideicom. Et
propterea præſupponit, qnòd non ſit aptum, ad denotan-
dum ſeu inducendum inſtitutionem, quia ſi eſſet aptum,
per ipſum uerbum non poſſet denotari defectus inſtitu-
tionis. Et ultra doct. hanc communem probo optima ra-
11 tione † uidelicet quia inſtitutio diſponit circa perſonam
hæredis ut conſtituat eum ſucceſſorem perſonę defuncti,
& eum repreſentet. l. hæres, & hæreditas ff. de uſucapio.
in authen. de iurem. a moriente præſtito. §. i. & propte-
rea requiritur, quòd referatur ad perſonam ut circa illam
diſponat, prout eſt, in hoc uerbo, inſtituo, hæres eſto, & ſic
de aliis. l. i. ſupra de uulga. inſti. de uulga in prin. & de
pupil. in prin. igitur ſequitur quòd inſtitutio, non poteſt
ſignificari, per uerbum, quod licet ad perſonam honora-
tam dirigatur, non tamen circa perſonam, ſed tantum cir
ca res diſponat, quia non poteſt ſignificare inſtitutionem,
12 cum circa perſonam non diſponat, ſed uerbum, † lego, eſt
huiuſmodi, quia non diſponit circa perſonam, ſed ſolum
circa res, ad quas refertur, ideo &c.

Et hoc eſt, quod noluit Bar. in. d. l. centurio, dum di-
13 cit, † qnòd uerbum, lego, in dubio dicitur directum. l. lu-
cio de leg. ii. & ſubdit, & non dico, quòd ſit directnm, ſed
directum ad ipſum legatarium. Nam ſenſus horum uer-
borum eſt, & non dico, qnòd ſit directum, ut circa perſo-
nam honoratam diſponat, ſed directum, ſolum ea ratio-
ne, quia ad legatarium refertur, ſeu dirigitur etiam pro
iſta opinio. text. i. l. uerbis legis. ff. de uer ſig. Nec pla-
cet ſolutio tenentium contrariam opinionem, uidelicet
quòd ſenſus. d. l. ſit, quòd poteſtas legandi ſit reſtricta per.
l. falcidiam, quia hic ſenſus non conuenit coanguſtatio-
ni, quæ ſit per interpretationem, de quæ loquitur tex. ſed
ad noui iuris inductionem, nec etiam conueniret illa lex
tit. contra. l. imperator. ff. de in diem addic. & propterea
neceſſario dicendum eſt, quòd ſenſus dicte legis ſit, quòd
ſignificatio illius uerbi, lego, ſit reſtricta, ex interpretatio
ne, uel ex authorita. ll. prout intelligunt Bart. & commu-
niter alii. Qua uero ratione, per interpretationem fuerit
reſtricta, an per commune uſum, ut dicit Bar. in. d. l. i. &
in. d. l. centurio, an alia ratione infra dicetur. Non ob. Ad-
ducta in contrarium, & primo non obſt. tex. in. d. l. uerbis
legis, quatenus in eo dicetur, quòd in. ll. xii. tab. nerbum,
14 lego, ſignificabat inſtitutionem. † Nam poſt poſitis, quæ
per alios dicuntur, uera ſolutio eſt, quòd non dicitur in. d.
l. quòd in illis uerbis, uti legaſſet rei ſue, ita ius eſto, ſi-
gnificaretur inſtitutio quia eſſet ex ſignificatione illius
uerbi, lego, ſed propter illa alia uerba, quomodocunque
de re ſua legaſſet, ſeu legem dixiſſet, nam in inſtitutione
hæredis, licet principaliter diſponatur de perſona hære-
dis inſtituti, ut eum conſtituat ſucceſſorem perſone ſe-
cundario tamen, & in conſequentiam diſponitur de ipſis
rebus, ſic in datione tutoris, licet principaliter diſpona-
tur circa perſonam, dum dicitur, tutor eſto ſecundario ta
men, diſponitur de rebus, quia in eum confertur rerum ad
miniſtratio, & ſecundario datur rebus, nota. inſt. de tu-
tel. §. 1. & qui teſta. tuto. da poſſ. §. certe, & propterea cum
diceretur, uti quia &c. ſic qualitercunque, ſeu quomodo-
cunque, quis rei ſue legaſſet, hoc eſt legem dixiſſet, hoc re
ſpectu, continebatur inſtitutio, & Datio tutoria, quia in
illis ſecundario uidebatur de re ſua legem dicere, ſeu di-
ſponere, aut legare. Et propterea nun poteſt aliqua ratio
ne inferri ex text. illo, quòd per illud uerbum lego, ſim-
pliciter a teſtamento re prolatum, induceretur inſtitu-
tio. Et hanc rationem, per interpretationem fuit coan-
guſtata ſignificatio prædicta, quia interpretatio ſumpta
fuit, quòd in. ll. xii. tab. non ſignificaretur inſtitutio, pre-
ciſe, propterea ſignificationem illius uerbi, lego, ſed per
additionem aliorum uerborum, ut ſtatim dictum fuit, &
quia uerbum, lego, non refertur ad perſonam honoratam,
ut de illa, ſeu circa illam diſponat, ſed tantum ad res ut
de reusb diſponat. Et propterea non poteſt ſignificare ni-
ſi eam diſpoſitionem, quæ de rebus diſponat. Non eam,
quæ de perſona honorata diſponat. prout eſt inſtitutio.
Non obſt. tex in. c. Raynaldus extra de teſtamentis. Nam
iudicio meo, optime poteſt procedere ſolutio Rui. Quam
etiam ſequuntur Moder, hic. Aduertendum tamen eſt,
quòd ſolutio, & præſuppoſitum Rui. procederet, ſi in tex.
eſſet dictio. paterna, prout communiter habetur. Nam
tunc delictum foret particulare. ut debet ipſe. Tamen ſi
non eſſet illa dictio, prout aliqui libri antiqui, manu ſcri
pti, non habent ut atteſtantur. Quidam Mod. peruſini hic
relictum in eo tex. eſſet uniuerſale. Vltra doc. ſolutio eſt
clara ad illum tex. † p. ideo præmittēdo, quòd in illis uer
15 bis, medietatem de prædictis bonis, quibuſdam annucu-
lis. Aliam uero medietatem. & reliqua bona paterna, uni
ex patruis ſuis, & filiis eius legauit, tex. non retulit pre-
ciſe uerba teſtamenti. Nam non poſſumus dicere, quòd in
teſtamento, eſſet illud uerbum, quibuſdam, & minus illud
uerbum, uni, cum nomina hæredum debeant in teſtamen
to eſſe expreſſa. l. hæredes palam. ff. de teſta. l. iubemus.
C. de teſta. Sed ſolum retulit. ſeu denotauit effectum di-
ſpoſitionis facte per teſtatorum. Et etiam præmittendo
id, quod ſtatim dixi uidelicet quod inſtitutio habet duos
effectus, unum, qui reſpicit perſonam hæredis, per quem
de il-

de illa diſponitur,dum cõſtituitur hæres,& ſucceſſor de-
functi. Et iſte proprie dicitur effectus inſtitutionis,& de-
nominatur inſtitutio. Alius eſt,qui reſpicit bona defun-
cti,per quem de bonis defuncti diſponitur,& reſpectu hu
ius effectus,in inſtitutione dicimur legare,& de rebus no
ſtris diſponere,ex iſtis ſequitur,quòd tex.ille nullo mo-
do contradicit communi opinioni. Nam licet præſuppo-
namus,quòd in eamet diſpoſitione relata per text. in ijs
uerbis eſſet inſtitutio,non ex eo infertur,quòd tex.in ijs
uerbis uoluerit denotare illũ effectum inſtitutionis , qui
proprie dicitur inſtitutio, & per quem conſtituitur quis
hæres, & ſucceſſor defuncti. Sed alium effectum, qui ſe-
cundario uenit in inſtitutione,per quem de bonis diſpo-
nitur, cui conuenit etiam nomen legati. Nec hoc eſt in-
conueniens,quòd iſtum ſecundum effectum,per quem de
bonis diſponitur,uoluerit per illa uerba denotare,& non
alium,per quẽ diſponitur,de perſona honorata, qui pro-
prie dicitur inſtitutio, quia iſtum alium effectum , text.
per alia uerba denotauit. Solum ex illo text. poteſt in-
ferri , quòd in inſtitutione quis dicatur legare , non au-
tem,quòd uerbum legauit, importet inſtitutionem , & ſi
dixeris,quare text. uſus fuit uerbo legauit,& non uerbo
inſtituit. Reſpondetur,quia ſub una oratione,uoluit cõ-
plecti relictum auunculorum,& illius patrui hæredis in-
ſtituti, & relicto dictorum auunculorum, & illius patrui
hæredis iſtituti , & relicto dictorum auunculorum non
conueniebat uerbum inſtitutionis, propterea neceſſario
uſus fuit uerbo, legauit , ita quòd nulla ratione fieri po-
teſt aliquod fundamentum de illo tex. contra communẽ.
Non ob. quòd diſpoſitio edicti de legatis præſtandis,quę
loquitur de legatis.l.j. infra de lega. præſtan. procedat
in hęreditatis portione ſeu in inſtitutione.l.filium.§.ſed
ſi portio.l.nam ſecundum eo.tit. de le.preſt.ultra ea,quę
pro ſolutione illius tex. dicũt doct. de quibus poſt Alex.
late per Rui. & alios Repeten. hic,uera ſolutio eſt quòd
ea diſpoſitio edicti , quæ loquitur de legatis , trahitur ad
legatum , quod etiam ſecundario ineſt in ipſa inſtitutio-
ne,quia in ipſa,etiam dicitur de rebus ſuis,legare, ſeu di
16 ſponere, & ita procedit tex.in.d.§. ſed ſi portio † non ta-
men propterea ſequitur,quòd trahatur,ad ipſam inſtitu-
tionem , quatenus per eam circa perſonam diſponitur,
quinimmo apparet contrarium , nam in caſu illius tituli
de lega. preſtan.&.d.§. ſed ſi portio, quamuis is ſcriptus
hæres, qui eſt de liberis, poſſit adire de iure ciuili.l. ſi is
qui.§.ſed ſi ſcriptus de leg.preſtan. Non tamen habet bo.
poſ ſecundum tab.de iure prætorio quia illa non concur-
rit,cum contra tab.l. poſthumo,& quod ibi not.C.de con
tra tab. Et propterea apparet quòd non conſequatur illa
inſtitutio de iure prætorio,per illum titulum.in modum
inſtitutionis ſeu ſucceſſionis,ſed tantummodo conſequa
tur hæreditas in modum relicti, ſeu legati, quia per mo-
dum ſucceſſionis , de iure prætorio illam non conſequi-
tur , minime igitur ex illo tex. poteſt inferri , quòd uer-
bum,lego,ſignificet,ſeu inducat inſtitutionem, per quam
ſuccedatur defuncto teſtatori,uerum tantummodo,quòd
in inſtitutione dicatur ineſſe effectus legati , quia ſecun-
dario uidetur de rebus ſuis legare, ſeu diſponere. Nõ ob.
quòd uerbum relinquo, relatum ad uniuerſitatem bono-
rum, ubi nullus alius eſſet hæres , inducat inſtitutionem,
gl.communiter approbata per Bar.& doc.ibi,in.l.his uer
bis in prin.ſupra de hæred.inſti.Nam ſolutio eſt,quia uer
bum relinquo,eſt commune,non ſic uerbum, lego, ut per
17 Alex. in.d.l. centurio. † Nec obſt. ſi iterum inſtares quia
nõ uidetur aliqua differẽtia,inter hæc duo uerba,ut dice
bat Galeaula in.d.l. centurio nu. 288. & Soc.Iunior hic,
quia Reſpondetur,quòd immo eſt differentia,ex qua uer
bum relinquo,eſt generale ad quãlibet ſpeciem relicti,&
propterea dicitur commune.Non ſic eſt uerbũ, lego,quia
proprie ſignificat unicam ſpeciem relicti.ſ. legatum , &
propterea non adaptatur, ex proprio ſignificatu,ſic ad in-
ſtitutionem, prout ad aliud relictum, nimirum ſi non eſt
commune faciunt,quæ dicit Bar.d.l. centurio col.pen.cir
ca rationẽ differentie,quare ſubſtituo,non ſit uerbũ dire-
ctum, prout eſt uerbũ inſtituo, ſed ſit uerbum cõmunem.
Ex prædictis ſequitur , quod uera ſit illa concluſio

18 communis,† quòd ſi teſtator dixit,lego,omnia bona mea
quãuis nullus alius ſit inſtitutus hæres uniuerſalis, quòd
ideo tamen non importabitur inſtitutio, quia uerbum,le
go, non eſt uerbum commune aptum ad ſignificandum
inſtitutionem. Nec obſt. quæ hic in contrarium addu-
cuntur per doct. Marianum Iunio. uide licet quòd licet ſi
gnificatio huius uerbis lego , non ſe extendat ad inſtitu-
tionem, quòd tamen induci debet inſtitutio ex uerisimi-
li mente teſtantis, præter ſignificatum uerborum, de qua
uidetur quòd conſtat in propoſita.q. arg.l iij.C. de lib.
prætee. &.l. quoniam indignum.C. de teſta. & quia ſem-
per uoluntas teſtantis eſt attendenda.l. in conditionibus
primum locum ſupra de cond. & demonſtra.l.ex facto la
grande circa medium ſupra de hered. inſti. quia reſpon-
detur , quòd dum inſtitutio debet eſſe expreſſa.l. hære-
des palã ſupra de teſta.l.iubemus.C.de teſt.& late decla
raui in.l,hæredes mei §.cũ ita.infra ad treb.&.l.j. ſup.de
uulg. propterea circa inductionem inſtitutionis ſola mẽs
non debet attẽdi,niſi ea ſignificetur per uerba , ſaltem ex
aliquo ſignificatu,ut in ſpecie Bar. in.l.in ambiguo infra
de rebus dubijs dum allegat.l.non aliter infra de leg. iij.
Alex.& Iaſ.in.l.iij.C.de lib.præter. Et ita intelligi debet
tex.in.d.l.iij.& d.l quoniam indignum, uerum cum uer-
bum,lego,in propoſita.q.nullo modo ſignificet inſtitutio
nem,quia non ſignificat illam diſpoſitionem quæ diſpo-
nat circa perſonam honoratam,ut eam conſtituat in lo-
cum perſonæ ſuæ,propterea non poteſt ex ſola uoluntate
induci,ſic etiam non placent quædam aliæ deciſiones eo-
19 rundem Mod. Nam illa † quòd ubi teſtator legaret tertiã
partem hæredita. ſeu bonorum filio pro legitima ꝙ indu
ceretur inſtitutio,non poteſt procedere,& ultra,quòd eſt
contra communem opi.doc. & expreſſe contra Alex.in.l.
humanitatis.C.de impuberum confunditur etiam ꝑ præ
dicta. Nec ob.quòd communiter doct. in authen.unde ſi
parens,& in.d.l.humanitatis,ut dicit Dec. in. d.l. huma-
nitatis, uolunt, quòd ſi ſit uerbum, relinquo,ꝙ in filio in
ducatur inſtitutio,quando eſt relatũ ad quotam heredi-
tatis,quia eſt differentia inter hæc duo uerba , ut ſtatim
20 dixi. Alia etiam deciſio † ꝙ in legato facto filio, per uer
bũ lego,induceretur inſtitutio, ubi adeẽt illa clauſula in
teſtamẽto,ꝙ omnia diſpoſita in teſtõ,ualerent omni me-
liori modo,quam & tenuit dn.Pau.Pic.in.l. in quartam,
col.lxv.infra ad.l.fal.poſt Pau. & Ang.quos refert.cõfun-
ditur per prædicta,quia dicta clauſula facit quidem quòd
diſpoſita in teſtamento ſuſtineantur omni meliori modo
non tamen eſt ſufficiens,ad inducendum nouã diſpoſitio-
nem.Quam uerba non ſignificant,& ſic inſtitutionẽ in ca
ſu noſtro,qua per uerba non ſignificatur,ut etiam dixi.in
d.l.in quartam. Et hanc eadem Deciſionem reprehendit
Sal. ut etiam refert Pich. in. d.l.in quartam.
Sed quid de illa.q.ſtatuti prohibentis legare vxori an
21 videatur † etiam prohibita inſtitutio circa quã Cor.cõſ
cxcv. concludit ꝙ non,ex quo ſignificatio huius uerbi, le
go,non complectitur inſtitutionem Rui. uero dicit, quòd
attento communi uſu,ſecundum quem eſt reſtricta ſigni
ficatio dicti uerbi,uerum dicit Cor. ſed circunſcripto tõi
vſu,vult ꝙ etiam intelligatur prohibita inſtitutio , quia
iſtud ſtatutum factum,ea ratione mutuo amore ſe ſpo-
lient coniuges.l.j.ff.de donatio.inter vi. & vxo.eſt fauora
bile,ut in terminis decidit Bart.in.l.cunctos populos.C.
de ſumma trin.& propterea extendendum ad inſtitutio-
nem. Ego uero dico,quòd omni ratione etiã inſpecto cõi
uſu,& ſignificatione huius uerbi lego,in caſu ꝓpoſiti ſta-
tuti videtur prohibita inſtitutio quia licet uerbum lego,
non ſignificet inſtitutionem, tamen in inſtitutione ineſt
legatũ,uidelicet diſpoſitio de re ſua,ut dixi ſup.declaran
do.l.uerbis legis,& propterea dicetur prohibita inſtitu-
tio,quia in inſtitutione neceſſario,& in conſequentiã, in-
teruenit legatũ ſeu relictum bonorum,non quia legatum
ſignẽt inſtitutionẽ,quia in ea aliquid plus interuenit quã
ſit in legato,videlicet ſucceſſio in locũ perſonæ defuncti.
Secũdo ꝓmittunt,ꝙ legatũ denotet diſpõnem diſtinctã
à fideic. ſic probat rub.noſtra dũ ponit inter hæc duo,co-
pulã,quę denotat diuerſitatẽ gl.in rub.ff.de iu.& fac. ing.
probatur ex.l.j.infra e. Nã ęquiparatio facta arguit ꝙ nõ
ſit

fit idempitas,ſicut facit ſimilitudo.l quod nerua. ff.de-
poſiti,& ſi eſſent idem iani ꝙ diuerſis nominibus non ap-
pellarentur,ut dicit tex.in.l.ſi idē.C.de codicillis.Quin-
imino de iure ſforum erant plures differentiæ,quarum,&
aliquæ remanet de iure hodierno.ut dicitur in.l.j.propte
rea eſſet uidendum an uerbum, lego, inducat, uel ſignifi-
cet fideic.de iure ſforum, & de iure hodierno clarum eſt
22 ꝙ ſic,nam eſt caſus in.l.etiam fideic.infra de leg.iij.† Sed
de iure aij tab.eſt aliqua dubitatio, quia Bar. in.l.j. te-
nuit,ꝙ etiam ſignificaretur fideic.per hoc uerbum , lego,
quia eius ſignificatio dicto iure, erat latiſſima d.l.uerbis
leg.Iaſ.& plerique alij tenent oppoſitum. Tu uero aduer-
te ꝙ per ea uerba,uti quis legaſſet rei ſuæ ita ius,eſſo, re
uera non ſignificabatur fideicommiſſum,quia in fideicom
miſſo quis non uidebatur legem dicere, quia uerba fidei-
commiſſo non ſignificabant,quod teſtator precise,& effi-
caciter,de aliquo diſponeret,ſeu legem diceret, quia ſo-
lum alterius fideicommittebatur. inſt.de fideicom. hære.
in princ.&.§.j ſed inſpecto iure ſforum,quia in fideicom
miſſis inſpicimus mētem magis quam uerba,ut dicit tex.
in.l.cum proponeretur.infra de leg.ij.in.l.cum uirum. C.
de fideic.cum concordan.& inſpecta mente, teſtator uide
tur legem dicere propterea includitur ſub ſignificatione,
huius uerbi,lego.d l.etiam fideicommiſſum & propterea
ille due opiniones poſſunt ad concordiam reduci ut opi-
nio Iaſ. procedat,quod continetur,quia de iure. aij. tab.
quo ad uerba,quæ ſolum attendebantur per fideicommiſ
ſum non dicebatur teſtator diſponere,opinio Bar. proce-
dit etiam,quia comprehenderetur fideicommiſſum qua-
tenus in eo teſtator diceretur,uel intelligeretur diſpune
re. Non.n ſignificatio illius uerbi eſt ampliata,ſed magix
coangultata. & propterea nunc illa uerba intelliguntur
etiam de fideicommiſſo , non quia ſit ampliata ſignifica-
tio illius uerbi,ſed quia inductum fuit quòd in fideicom-
miſſis teſtator intelligatur legitime diſponere. Tractant
etiam doc.hic, in quibus differant legata,a fideicōmiſſis.
& quomodo dignoſcatur legatum a fideicom. Sed ante-
quam ueniamus ad iſta,uideamus an indiffinitione diffe-
23 rant.Triplex aſſignatur legat diffinitio † prima,quòd le-
gatū ſit delibatio hæreditatis , quam teſtator ex eo quod
uniuerſum hæredis foret,alicui quid collatum uelit.l.le-
gatū la.ij.in prin. infra. eo. per id quod dicitur delibatio
hæreditatis,excluditur donatio inter uiuos, & cauſa mor
24 tis,† quia in his eſt potius delibatio patrimonij quam hæ
reditatis, nam habent effectum,& robur uiuente donato-
re.l. inter mortis &.l.ſi mortis cauſa.infra.de donatio.cā
mor.& hæreditas dicitur poſt mortem defuncti.l.nihil a-
liud eſt hæreditas.ff.de uer. ſig.illa alia uerba,ea eo,quòd
uniuerſum hæredis ſoret alicui quid collatū uelit, deno-
tant, ꝙ non omnis delibatio hæreditatis puta quæ cōtin-
git ex facto, hęredis ſeu a caſu, ſit legatū ſed ea quę ſit ea
teſtantis diſpōne. Diffinitio ſecūda ꝙ ſit donatiu in teſta
mēto relicta,quā ponit tex.in.l. legatū.inf.tit.j. dū poni-
tur donatio, loco generis, excluduntur cetere diſpoſitio-
nes, ex quibus nō ſequitur tranſlatio doni, & iuris, quod
teſtator intendebat transferre quia donatio eſt doni da-
tio.l. ſenatus.§.j. infra. de donatio.cauſa mor.dū dicitur
teſtamento relicta excluditur donatio inter uiuos,& cau
25 ſa mor.† uam uis horum uerborū,reſtamentu relicta, eſt,
quòd habeat robur,uim & effectū ex teſtamento,& quòd
ex ipſo debeatur,& propterea nō habet effectū ante mor-
tē teſtantix, quia etiā non habet effectū teſtamentum, &
donatio inter uiuos ſeu cauſa mortis habet effectum ante
mortem teſtantis,illud uerbum,relicta, habet hunc ſen-
ſum,quòd ea ſola diſpoſitione reſtamēti. ſine alterius mi
26 niſterio inducatur. Nā uerbum relinquo † denatat , quòd
id de quo agitur ex illa ſola diſpoſitione, ad quam refer-
tur,inducatur,propterea uidemus,quòd hoc uerbum, re-
gulariter adaptatur tantummodo ultimis uoluntatibus
gl.in.§.ſi uero nulla,in uerbo relictis,in authentico de he
red.& falc.gl.in cle.ij.in uerbo,relictis,de iure patrona.l.
j.in.fin.ff. de tab.exhi. facit text.in.l.corruptionem.C.de
uſufruc.dum dicitur ibi uſusfructus in ſtipulatione dedu
ctus & in teſtamento relictus , quia in his, id de quo agi-
tur ex ſola teſtantis diſpoſitione inducitur. Hoc etiam

denotat quandu alicui actui inter uiuus adaptatur.l. hoc
ſermone infra ſi lib. inge. eſſe dicatur. Et ideo hoc uer-
bum,dum tātum refertur ad donantem,non conuenit do-
nationi inter uiuus,ſeu cauſa mortis, quia non poſſunt in
duci ea ſolo facto ſeu diſpoſitione donantis, uerum requi
ritur factum donatarij,uidelicet conſenſus.d.l.inter mor
27 tis.l.j.§.j.ff.de pac.Sic † per hoc uerbum,relicta,excludi-
tur inſtitutio. Nam licet ea ſit donatio ſeu doni datio,
dum teſtator donat alicui hæreditatem,tamen quia hęre
di non acquiritur ex ſola inſtitutione, ſed ipſius aditio re
quiritur, propterea nō poteſt dici teſtamēto relicta, quia
ex ſolo teſtamento non acquiritur,& ideu donatio non in
ducitur ex ſolo teſtamento.

Alia diffinitio de qua in.§.j. inſti. de lega. uidelicet
quòd ſit donatio a defuncto relicta,ab hærede pręſtanda,
declaratur eo modo . Nam hoc genus donatio , eo. mo-
do ſe habet in hac , prout in. ij. dum dicitur a defuncto
relicta,& duplici ratione excludit donationem inter ui-
28 uos,& cauſa mortis,† quia hæc uerba important,quòd ha
beat effectum poſt mortem teſtantis.l. in delictis in prin.
ff.de noxa.quod non eſt in dictis donationibus,illud uer-
bum, relicta , denotat quòd ex ſola diſpoſitione defuncti
inducatur, & dictę donationes inducuntur ea diſpoſitio-
ne donātis & donatarij.Illa alia uerba,ab hærede præſtan
da ſatis intelligebantur ſine expreſſione , quia ex quo in-
ducta poſt mortem defuncti, ex ſola eius diſpoſitione , in
conſequentiam intelligitur,quòd obligatio exequendi il
lam donationem transfertur in hæredē,& propterea ſunt
appoſita ad maiorem declarationē , quāuis quidam Mod.
dicant,quòd hęc uerba non ſunt in antiquis uoluminibus
inſtitutio. Nec huic diffinitioni , reſpectu horum uerbo-
rum,ab hærede præſtanda,obſtat tex.in.l. lucius infra de
lega.ij.&.l.iij.& totus titu.de libra.lega. quia ſolu.eſt cla
ra,ut hic per dictos Mod. Ex prędictis omnibus diffinitio
29 nibus,† ſequitur quòd tunc legatum ſit,quando ea ſola di
ſpoſitione teſtantis acquiratur ius honorato, quod teſta-
tor in eum intendebat transferre , & in hoc conueniunt
omnes diffinitiones,quia.ij.&.iij.iſtud uolunt,ut dixi,pri
ma etiam iſtud præſupponit dum dicit delibatio hæredi-
tatis nam denotat quòd non ſit in patrimonio hæredis,
quia ſic diceretur diminutio patrimonij hæredis non hæ-
reditatis,& propterea præſupponit, quòd non acquiratur
dominium hæredi ſi ſit legatum purum ut in.l. legatum
la. ij.infra titu.j. & ſi non impediat, quòd non acquiratur
quia legatum ſit in diem.uel ſub conditione facit quòd
ipſo iure deſinat eſſe in dominio ſeu patrimonio hære-
dis,& dicatur eſſe in hæreditate , & cum in eo legato di-
minuat hæreditatem , neceſſe eſt quòd ipſo iure , ſine fa-
cto etiam honorati , in eum tranſeat , ne dicatur domi-
nium fore uacans,cū nō ſit in hæreditate,nec in bonis gra
uati,nec in bonis legatarij,ut dicam. infra.in.l.j.in fin.

30 † Supereſt nunc uidere , quid ſit fideicommiſſum, & an
fideicommiſſo conueniant dictę diffinitiones, prius tamē
uolo,quod aduertas, quod hic non diffinitur legatū, dum
capitur pro ipſa diſpoſitione, quia ipſa diſpoſitio non eſt
donatio,non etiam eſt delibatio,non etiā ab hærede pre-
ſtanda. diffinitur igitur hic legatum , prout capitur pro
effectu qui cauſatur ea hac diſpoſitione , & cui attribui-
tur nomen legati.Dum igitur quęrimus,an iſte diffinitio
nes conueniant fideicommiſſo, non poſſumus intelligere
de fideicommiſſ. inquantum capitur pro diſpoſitione ip-
ſa, quia eſſet abſolutum quod non , quia non eſſe donatio
ut dictum fuit ſupra ſed an conueniat fideicōmiſſo dum
capitur pro effectu reſultante ea diſpoſitione, cui attri-
buitur iſtud nomen fideicommiſſi. Dices tu,uideretur di
cendum,quòd omnino conueniant , quia equiparata per.
l.noſtram, &.l.ij.C. commu. de lega & quia nulla poni-
tur diffinitio fideicommiſſi , perſuadetur quod iſte diffi-
nitiones ſint communes ad utrunque , maxime attento,
quòd ſunt poſite in hoc titulo , in quo mixtim tractatur
de utroque . hac ratione utitur dom. Marianus Iuni-
or. In contrarium facit , quia iſta equiparatio ſolum ſit
de diſpoſitionibus legati , & fideicommiſſi , non autem
de effectu, cui attribuitur nomen legati, cum effectu,cui
attribuitur nomē fideicommiſſi, quia iſti effectus adhuc
dif-

differunt inter ſe & habent diuerſam naturam.d.l.ii.§. ubi autem, & quia adhuc dicuntur duo effectus, nõ unus, ut dicitur in dicta.l. ſecunda propterea diſtinguuntur,& quia aliud eſt,quod quis dicatur habere rem in uim legati,aliud quod dicatur habere in uim fideicommiſſi ut uoluit Barto.in.l.j.circa contrarium de libertate infra eo.& ibi dicetur,propterea ſequitur quod iſtæ diffinitiones non conueniant effectui, cui attribuimus nomen fideicommiſſi in quo ergo diſtinguitur,ſeu differt effectus,qui dicitur fideicõmiſſum ab iſto effectu, qui dicitur legatum. Dicas quod fideicommiſſum eſt,quando non directo tranſit,nec ab ipſo teſtante recta uia habetur, ſed ab ipſo grauato,& ſic eſt doni datio, quæ fit per grauatũ, in eo quod exequitur uoluntatem defuncti. Iſtud habetur inſti. de fideicomm.hæredi. in princ.&.§ qui autem inſti. de ſing. rebus per fideicommiſ.reli. & ideo diffinitiones non conueniunt ſibi, non enim poteſt dici delibatio hæreditatis ex eo, quod uniuerſum hæredis foret, quia fideicommiſſ. non eſt delibatio,ſed requiritur actus grauati ad cauſandam illam delibationem, non delibatur hæreditas, ſed poſtquam tranſit in patrimonium hæredis, ſic non poteſt dici donatio in teſtamento relicta, quia ex ſola teſtamenti ſeu teſtantis diſpoſitione fideicommiſ. non poteſt eſſe, ſeu induci doni donatio, quia requiritur actus grauati. Ideo bene Rui. in ſequen. articulo. Reſpondendo ad.l.titia teſtam.§.j.infra. tit j. dicit incidenter, quod teſtator ſolum in legatis donat,non in fideicommiſſ. uidetur etiã uelle Sa. Moder. licet non ſe firmet,dum dicit,quod fideicommiſſ. teſtator non donat, ſed grauat hæredem ut donet,& ſi quæratur ratio quare,non fuerit aſſignata ſpecifice diffinitio fideicom. Reſpondetur quod iam conſtabat, quod in fideicommiſſ. agitur, quod ex actu grauati dum fidem adimpleret acquiratur honorato, & licet prius non eſſent efficacia, & de iure hodierno ſit inductum, quod per offic.iudi. ſeu per actionem poſſit hæres cogi ad præſtandum fidem.l.ſi res de leg.iij.l.ij. in uer. fideicommiſſi. actio.C. de his quæ ſub modo, non tamen fuit immutatum, quin dicatur eſſe effectus fideicommiſſ. eo ſolum caſu, quando ius uenit acquirendum honorato, ex eo quod cogitur grauatus præſtare fidem, & propterea dum. infra. diſputabimus, an ſit aliqua differentia, inter legatum, & fideicomm. diſputatio non ſpectabit ad id, an ſit differentia inter diſpoſitionem legati,& diſpoſitionem fideicomm. ſed magis an poterit induci ſic effectus,qui dicitur legatum, ſicut effectus qui dicitur fideicommiſſum ex ipſa diſpoſitione.

Secundo differunt, quia alijs uerbis legatum, & alijs, fideicommiſſ.inducitur, & propterea quærunt communiter doct. hic poſt Pau. Alexand.io.l j. quomodo de iure ſforum dignoſcebatur legatum a fideicommiſſ.& quibus
31 uerbis fieret † legatum,& quibus fideicomm.circa quam. q. ſunt uariæ opiniones. Nam Imo. dixit, quod uerbum, lego,inducit legatum,ſed uerbum fideicommitto inducit fideicomm. doc. dicunt,quod doctrina eſt uera,ſed diminuta, quia ſolum loquitur de his duobus uerbis. Ego addo quod patitur difficultatem,quia non obſtante,quod ſit uerbum fideicommitto, tamen aliquando eſt legatum.l. ſeruos. infra. de alim. & ciba. lega l. lucius.ff.de auro,& argen. lega.l. ſi mihi meuia, & nigidia in.ſi. de lega.iij. Pau. quem ſequitur Alexan. dicebat, quod quando uerba referuntur ad honoratum, quod conſtituunt legatum, ſed quando referuntur ad grauatum conſtituunt fideicommiſſum. ſicut eo modo diſcernitur ſubſtitutio directa, a fideicommiſſaria, quia ſi uerba ſignificabunt quod ſubſtitutus capiat propria authoritate, erit directa, ſi quod capiet de manu grauati, erit fideicommiſſaria ſubſtitutio Barto. & communiter doct. in.l. centurio in ult. q. prin.ff. de uulg. ſed reprobant Cum.Soc. Rui.et communiter Mod.quia in ultimo membro eſt contra text. in. l.ſi ita ſcriptũ.§.ſi.de leg ij.inſti. de lega.§.j.in.l. ſtichum qui meus erit, in.l. huiuſmodi in prin. infra eo. in quibus iuribus uerba ſunt relata ad grauatum, & tamen conſtituunt legatũ. ſic in.j.membro eſt contra text.in.l.titia teſtamento § j.in.l. miles in prin. infra de leg.ij.nã ſunt ibi uerba relata ad honoratum,& tamen eſt fideicom. Cum. quẽ ſequitur Soc. diſtinguebat, eo modo, uidelicet quod aut uerba ad honoratum ſunt relata,& erit legatum, aut ad grauatum & etiam erit legatum, ſi uerba erunt preceptiua,ſi uero præcaria, erit fideicom. hanc diſtõnẽ reprobant Rui.& communiter Mod.quia in primo membro eſt contra tex. in.d.l. miles &.d.l.titia teſtõ.§.j. Et ſolutiones Soc.non ſatiſfaciunt ut hic per Rui. ſic uerbum peto licet non ſit præcarium, tamen inducit fideicõmiſſum eo caſu quo uerba ſunt relata ad grauatum.l. peto in prin. de leg.ij.ubi ſunt hæc uerba,peto luci titi,ut cõtentus ſis cẽtum aureis. Adde quod ſi uis reſpondere,quod immo ſit precarium per tex. in.d.§.ſi.inſt. de ſing. re. per fideicom. relictis,tunc ſequetur,quod etiam confundetur iſta doctrina,quia alibi uerbum,peto, inducit legatum, & uerba ſunt relata ad grauatum,in d.l. ſeruos,ſic de uerbo,uolo. Nam aut uis quod ſit preceptiuum, & tunc confundetur diſtinctio prædicta,dum loquitur de uerbis preceptiuis,quia inducit fideicom. in.l.fideicommiſſa.§.ſi ſic de leg.iij.in.l.titia ſeio §.j.in.l. cũ pater.§. dulciſſimis de lega.ij. aut uis quod ſit uerbum præcarium,& tunc confundetur prędicta diſtinctio in eo, quod loquitur de uerbis præcariis. quia idem uerbum uolo conſtituit legatũ, in d.l.lucius, de auro & argen. lega. in.l.ſi ita relictum in prin.in.l.teſtator. §.ſeio,de lega.ij.in.l.liberto,de annuis leg. Rui.ſequitur in omnibus diſtinctionem prædictam præterquam in duobus caſibus,primus eſt quando uſus fuit teſtator uerbis inuentis a iure, uel ab uſu ad ſignificandum fideicommiſſum & quę ſunt relata in d §.ſi inſt.de ſin. re. per fideicõ. relictis. Alius. quando iuſſit relictũ a legatario quia his duobus uult, quod ſemper ſit fideicõmiſſum,ſed hæc opinio non eſt bona,quia obſtant iura prælegatam, quæ probant,quod quamuis ſit uerbũ,uolo uel uerbũ,peto,quod tamẽ ſit legatũ,& quia in.l. ſi mihi meuia, & nigidia.§.ſi. de leg iij.eſt uerbum fideicõmitto,& tamẽ eſt legatũ. Sic in.d.l.ſeruos & d.l.lucius. Dicere modo ad hęc iura,quod iuriſconſultus locutus fuerit improprie, & quod utatur iſtis dictionibus promiſcue,& quod capit unum pro alio, quia legatum ex largo ſignificatu ſignificat fideicommiſ. l.etiam fideicommiſſum de leg.iij.non placet, quia ut infra dicemus,iuriſconſultus fuit propriiſſime locutus, & licet in pluribus.ll.appellet eandem diſpoſitionem utroque nomine,& legati,& fideicommiſſi, non eſt ea ratione,quia capiat unum pro altero,aut quòd dictis dictionibus promiſcue utatur,ſed alia urgenti ratione motus id fecit,ut infra ſtatim declarabitur,propterea aliter prædicta.q debet reſolui,& ut intelligas difficultas conſiſtit in tribus,primo in perquirendo rationem,quare quædã uerba magis conſtituant legatum, & quare quędam magis fideicomm. ſecundo in concordando.ll. quæ circa eadem uerba ſunt contrariæ. ut circa idem uerbum peto, circa idem uerbum,uolo, circa uerbum, fideicommitto, ſic eſt contrarietas,in uerbo Iubeo, quia in.l.ſi ita ſcriptum. §. fin.in.l.mortuo.§ ſi.dicitur quòd conſtituit legatum,in.l. lucius.la.ij §.quiſquis.el.ij.infra de leg. ij. dicitur quod conſtituit fideicomm. tertiu eſt difficultas in aſſignando rationem,quare tot.ll unam & eandem diſpoſitionem appellent legatum & fideicomm.in.l.caius infra de leg.ij.in l.uxorem.§.feliciſſimo.& § agri plagam,in.l.patronus §. libertis.in.l.Paulo callimacho infra de leg.iij. Et ego ut me eximerem ab iſtis difficultatibus,libentiſſime dicerẽ, quod etiam cæteri dixerunt,uidelicet quòd Iuriſconſultus in dd. ll. improprie fuit locutus, & quòd promiſcue uſus fuit iſtis dictionibus, & quod capit unum, pro alio, ſed dum uideo,quòd doc.omnes fatentur, quòd eſt ualde utile cognoſcere hanc differentiam,inter uerba legatorũ & fideicommiſſorum & Imperator in.§. ſed ne in primis Inſti de leg.dixit,ꝙ eſt utile ſcire Naturam legatorũ per ſe,& naturam fideicommiſſorum,per ſe & laborauit in referendo uerba fideicommiſſorum in.§.ſi.inſti.de ſing. re. per fideicomm.relic.cognoui ꝙ excuſando ignorantiam meam, iniungebam notam Iuriſconſulto, & authoribus tot. ll. quòd fuerint impedimento quominus huiuſmodi cognito, licet admodum utilis. haberi poſſit,dum ſic promiſcue iſtis dictionibus uſi ſunt maxime tẽpore iuris ſforum,quo erant plures differentiæ inter legata & fideicom

miſſa, propterea laborandum fore duxi,ut alio modo præ
dictæ difficultates reſoluantur.
Pro reſolutione igitur debes ſcire, quòd uera & eſſen-
32 tialis differentia † inter uerba legatorum & uerba fidei-
commiſſorum eſt iſta, quod uerba legatorum ſignificant
diſpoſitionem efficacem ad inducẽdum obligationem, &
actionem, uerba uero fideicommiſſorum nõ ſignificabant
diſpoſitionem efficacem ad actionem, ſeu obligationem,
propterea in fideicommiſſis de iure xii. tab. non diceba-
tur diſponere ſeu legare, quia eo iure inſpiciebatur ſola
uerborum ſignificatio ut diximus ſupra circa declaratio
nem.l. uerbis legis ff.de uerb. ſign. Hoc clare patet ex.§ j.
& per totum inſt. de fideicom hæred. & ſi inducitur di-
ſpoſitio efficax ex fideicommiſſo, illa inducitur inſpecta
uoluntate teſtantis, præter & ultra ſignificatum uerbo-
rum. Et ex hoc dicitur, quod in fideicommiſſis ſemper in
ſpicimus uoluntatem.§. ſed non uſque inſti. de lega. l.
peu. infra eo.l. cum proponeretur infra de lega.ij.l. hæ-
redes mei.§.cum ita infra ad trebell.l. cum uirum C.de
fideicom. cum alijs concordan ubi igitur uerba ſignifica-
bunt diſpoſitionem efficacem, erit legatum ubi uerba nõ
ſignificabunt diſpoſitionem efficacem ſed illa efficax di-
ſpoſitio inducetur magis ex mente,ſeu uoluntate,quã in-
ſpecta ſignificatione uerbo. erit fideicomm. ubi uero in
eãdem diſpoſitionem uenient ſeu compræhendentur plu
res caſus,quorum aliqui ſint compræhenſi ex ſignificatio
ne uerbo. alij magis ex uoluntate, quam ex uerborum ſi-
gnificatione, ea diſpoſitio denominabitur, & legatum,&
fideicom. quoad caſus,qui compræhenduntur ex ſignifica
tione uer. dicetur legatum,quoad alios qui ſunt ex uolun
tate dicetur fideicom. Tota igitur difficultas reducetur
ad hoc ut declaremus, quæ ſint illa uerba quæ ſignificent
diſpoſitionem efficacem, & quæ non ſignificent. Et cir-
ca hoc ut omnia complectamur, facias infraſcriptas con-
cluſiones.
33 Prima eſt, quod omnia uerba executiua † ſimpliciter
ſine alio uerbo diſpoſitiuo prolata, ſemper ſignificabunt
efficacem diſpoſitionem,& conſtituent legatum,ſiue ſit il
lud uerbum relatum ad actum grauati, ſiue ad actum ho-
norati, ſiue impersonaliter ſit prolatum. de primo caſus
eſt, & exemplum in l. ſtichum qui meus erit in.l. huiuſ-
modi in prin. infra.eo. de ſecundo eſt caſus & exemplum
inſti.de leg.in.§. ſed olim, in illis exemplis, uendica tibi
fundum uel precipias tibi. de tertio exemplum eſt, ſi di
catur, dẽtur Titio decem, nã ſemper uidetur relatum ad
hæredem grauatum.l. ſi ſeruus §. qui margaritam, & ibi
Bart. infra.eo. Ratio huius concluſionis eſt,quia uerbum
executiuum neceſſario ſignificat diſpoſitionẽ efficacem,
quia includit obligationem,& actionem,per quas ad exe
cutionem peruenitur.& ideo iſtud uerbum.doc.prolatum
a teſtante,licet ſignificet actum dationis,qui eſt,uol bt in
executione. tamen etiam neceſſario ſignificat diſpoſitio-
nem.l. ſi ita legatum. in princip.&.§.1.&.l. ſi fundum.§.
ſtichum.infra.eo.& in hac non eſt difficultas.
34 † Secunda eſt quod idem erit, ſi huic uerbo executiuo
ſit adiectum uerbum diſpoſitiuum præceptiuum, exem-
plum, centum, quæ lego Sempronio, hæres meus dabit.
ratio eſt ſatis manifeſta, quia utrunque ſignificabit di-
ſpoſitionem efficacem, & propterea conſtituetur lega-
tum.l. ſi ita ſcriptum.in ſi.l mortuo. in ſi. infra de leg.ii.
& hæc ſecunda non habet difficultatem.
35 Tertia eſt concluſio, quod ubi uerbo executiuo † ſit
adiectum uerbum diſpoſitiuum quod licet non ſit præce-
ptiuum, tamen nec etiam eſt præcarium, ut eſt uerbum,
peto, & uerbum uolo. tunc regulariter etiam ſignificabi-
tur diſpoſitio.efficax,& conſtituetur legatum,caſus eſt in
d.l.ſeruos de alim. & cib. leg. in.d.l.lucius de au. & arg.
leg. ratio huius concluſionis eſt,quia licet hæc uerba,pe-
36 to,& uolo † non ſignificent,de per ſe,diſpoſitionem effica
cem.§ ſi. inſti. de ſing. re. per fideicom. relic. l. peto. in
prin. infra. de leg.ii. quia licet ſignificent quod uoluntas
teſtantis ſit quod ſiat id,de quo diſpoſuit, non tamen pro-
pterea ſignificant, quod eius uolũtas ſit quod ad id detur
actio,& obligatio, prout in pacto nudo, licet uoluntas ſit
quod ſiat id,quod fuit deductũ in pacto.l.i.ff.de pac, Non
tamen propterea reſultat, quod uoluntas ſit, quod detur
actio.l. iuriſgentium.§. igitur nuda.ff.de pac. Tum ratio-
ne uerbi executiui. de cuius natura eſt, ſignificare diſpo-
ſitionem efficacem, ea diſpoſitio ſignificabitur per utrun-
que uerbum,ut in dd.ll. Ampliatur iſta concluſio,quod ſi
etiam ultra uerbum peto,eſſet etiam hoc uerbum præca-
rium,fideicommitto ita eſt caſus in.d.l. ſeruos &.d.l. lu-
cius. Ampliatur etiam ſecundo, ut procedat non tantum
in caſu quo uerbum executiuum expreſſe foret relatum
ad actum grauati,ſeu ad actum honorati, ſed etiam quan
do in conſequentiam rei relictæ foret relatum ad actum
ipſorum,quia foret relicta res teſtãtis,quæ omnino tran-
ſitura fuiſſet ad hæredem,caſus eſt,& exemplum in.l.ſi ia
ita relictum. in princ. & in.l.teſtator.§. ſeio.infra.de lega
ij.in.l. liberto.infra.de annu.leg. ibi eſt uerbum. dari uo-
lo,& dicitur legatum, nam quia in relicto eſt res, quæ eſt
in bonis teſtatoris. Illud uerbum executiuum,dati,in cõ
ſequẽtiam rei relictæ,habet relationẽ,ad actum hæredis.
37 Limitatur prædicta conclu. † caſu quo uerbum execu-
tiuum,nec expreſſe, nec in conſequentiam habet relatio-
nem ad actum honorati ſeu grauati,prout quando profer
tur impersonaliter,ſeu infinitiue,& in relicto ſit res, quæ
ſic ſit penes alium, ſicut penes hæredem, ut in exemplo
Teſſaram frumentariam comparari.l. tetia ſeio. in prin.
infra.de le.ii. Et res communis cum Titio,ſibi concedi uo
lo ne quam controuerſiam cum eo hæres habeat.l cum
pater.§.dulciſſimis. infra. de le. ij. Ratio huius limitatio
nis eſt,quia dum uerbum executiuum, non refertur ad a-
ctum grauati,ſeu honorati,non poteſt ſignificare,quod in
perſonis eorum, inducatur actio ſeu obligatio. Et ſi di-
ces nonne uidetur ſemper relatum ad hæredem.d.l.ſi ſer-
uus.§. quæ margarita. Reſpondetur quod ſic,ſed iſtud eſt
ex præſumpta mente,non ex ſignificatu uerborum,nec in
conſequentiam eorum, quæ ſunt in diſpoſitione deducta,
propterea non dicetur legatum, ſed fideicomm. Et ſi di-
ces. non ne in prima concluſione,quando impersonaliter
prolatum fuit uerbum executionem,ſiue uerbo diſpoſiti-
uo,ſignificatur diſpoſitio efficax, quamuis non ſit expreſ-
ſe relatum, ad actum honorati, ſeu grauati, nec in conſe-
quentiam rei,ergo etiam in iſto caſu. Reſpondetur,quod
ibi nullum eſt uerbum diſpoſitiuum,& propterea diſpoſi-
tio ſignificatur per uerbum executiuum, ut ibi dixi. Sed
in caſu illo eſt uerbum diſpoſitiuum uolo, & propterea
non poteſt ſignificari per uerbum executiuum,diſpoſitio,
uerum ſi per executiuum ſignificaretur act.& ob.declara-
bitur,quod illud uerbum uolo,intelligitur de diſpoſitio-
ne efficaci. Sed ubi uerbum executiuum non ſignificabit
act. & ob. tunc illud diſpoſitiuum uerbum uolo, ſeu pe-
to,ſtabit in eius natura,ut non ſignificet diſpoſitionem ef
ficacem.d.§.ſi d.l. peto.
38 † Quarta eſt concluſio, quod ubi uerbo executiuo ſit
adiectum uerbum præcarium, prout eſt, rogo, fideicom-
mitto,quod tunc,ſi uerbum executiuum ſit relatum ad a-
ctum grauati,ſemper erit fideicommiſſum,ſi ad actum ho
norati,ſemper erit legatum. Exemplum & ratio primi,ſa
tis patet,ſi dictum ſit,fideicommitto hæredi meo, ut det.
Nam tunc actus ille dationis eſt in rogitu, ſeu commiſ-
ſus fidei grauati,& non põt ſignificare neceſſitatem iuris,
inſt.de fideic.hære.per totum,et de ſing rebus per fideic.
relic.per totum. De ſecundo eſt caſus, & exẽplum.in.l.ſi
mihi mensa,& nigidia.§.ſi.infra de le.iii ibi n.dictũ fuit,
fidei hæredis mei cõmitto, ꝙ ſinat Titium habere domos
meas,& eſt legatũ. Ratio,quia illud uerbum,habere,exe
cutiuum,eſt relatum ad actum honorati,& cũ non refera-
tur ad actum eius, in quem dirigitur uerbum præcarium,
non regulatur ab ipſo uerbo præcario,et propterea ſtabit
in propria ſignificatione uerbi executiui,& ſignificabit di
ſpoſitionem efficacem. Nec obſtabit uerbum præcarium,
quia illud non impedit conſtitui legatum, quãdo per alia
uerba ſignificatur diſpoſitio efficax.d.l. ſeruos.d.l.lucius.
39 † Vltima ſit concluſio, quod ubi ultra uerbum diſpoſi-
tiuum non ſint alia uerba quæ ſignificent diſpoſitionem
efficacem tunc ſi illud uerbum diſpoſitiuum, non erit præ
ceptiuum, non ſignificabitur diſpoſitio efficax, & erit ſi-
deicommiſſum,in his terminis procedit tex.in.d.§ ſi. inſt.

de ſing.re.per fideicom.relic.& in.d.l.peto, nam ibi illa uerba adiecta,ut contentus ſis centum aureis, non ſignificant actionem, & obligationem,ſic etiam procedit tex. in.d.l.ſi ita relictum,& d.§.ſeio,& d.l.liberto, ut dixi in præcedenti concluſione.

Prædictæ concluſiones, in quibus ego dixi, per uerba ſignificari diſpoſitionem efficacem,& conſtitui legatum. 40 Limitantur, ut non procedant † quando ultra dicta uerba ſignificantia legatum, eſſent adiecta alia uerba, quæ poſſent denotare, quòd propter aliud forent prolata,quã ad ſignificandum legatum, ſeu diſpoſitionem efficacem, quia hoc caſu,erit fideicommiſſum,caſum habes,& exemplum in.d.l.miles in princ.de leg.ij.fuerunt enim adiecta illa uerba,ſcire te uolo donare,&c.quæ uerba denotant, quòd uerba ſint prolata,magis ad certiorandum honoratum,quam ad inducendum legatum nouum, ſic eſt in.l. lucius.§.quiſquis.illa uerba, ſciat me debere Demetrio patruo meo &c.uidentur prolata,ad denotandum, quòd ſolum inducatur neceſſitas præſtandi, caſu quo, re uera ſit debitum,& propterea in caſu,quòd non ſint debita,ſolum petuntur ex cauſa fideicomm.idem dici etiam debet in caſu.l.fideicommiſſa.§.ſi ſic.infra. de leg.iij. nam ibi, illa uerba,ſi hæres meus noluerit, uidentur denotare, quòd magis ea diſpoſitio uideatur commiſſa in grauati uoluntate,quam in neceſſitate iuris,propterea faciunt,quòd ſit fideicommiſſum.

Ex prædictis habetis colligere rationem quare quædam uerba conſtituant legatum, & quædam conſtituant fideicommiſſum, & quare circa idem uerbum, aliquæ ll. dicant quòd conſtituant legatum, aliquæ uero, quòd conſtituant fideicommiſſum.

41 † Habetis etiam rationem quare in aliquibus. ll. eadẽ diſpoſitio denominetur, & legatum, & fideicommiſſum, ut ideo ſit:quia in ea aliqui caſus compræhenduntur ex uoluntate,magis quam inſpecta ſig.uer.& quoad illos denominatur fideicommiſſum,ſic eſt in d.l.caius.infra.de lega.ij.nam,quòd compræhendatur totus fundus ſcianus, id magis eſt,inſpecta uoluntate,quia teſtator uniuerſum fundum ſub uno nomine poſſidebat, magiſquam ex ſign. uer. quia uerba uidebantur ſignificare tantũmodo unam partem,uidelicet ſeianum ſuperiorem, uel ſeianum inferiorem,& propterea quoad hunc caſum,denominatur fideicommiſſum,ſic eſt in.l.uxorem.§ feliciſſimo.Infra. de leg.iij nam ille caſus,quòd ſolum liberti admittantur ad relictũ fundi garghiliani,excluſo filio teſtatoris, eſt magis,inſpecta uoluntate,ex coniecturis de quibus in tex. quam ex ſig.uer.quia inſpecta ſig.uer.etiam filio uidebatur legatum.& debuiſſet facere partem per concurſum. l. coniunctim de le.iij.ſic eſt in.§.agri plagam.d.l.uxorem, ille enim caſus quòd hæres teneatur uendere tantummodo partem illius plage agri, eſt ex uoluntate,magiſquam ex ſigni. uerb. quia in obl. de uendendo totum,non ſignificatur obl.de uendendo partem tantum,arg.l.ſi duos. ff. de cõtrah.emp.ſic eſt in caſu.l.patronus §. libertus de le. iij.uerba ſignificabant fundum Satrianum,ſitum in regione Niphana,non fundum Satrianum ſitum in alia regione.quòd includatur fundus alibi ſitus, eſt ex uoluntate præter,& ultra ſig.uerb.propterea quoad illum caſum,eſt ſeu denominatur fideicõmiſſum.ſic eſt in. l. Paulo Calimacho de leg.iij.uerba ſignificant quòd illa. xl.uiderentur relicta ab illo Iulio Mauro colono,quia eundem etiã poterat grauare,quoniam eidem legatum dederat, quòd modo uideatur non ab ipſo Iulio Mauro relictum, ſed ab hæredibus inſt.& quòd uoluntas eius ſit,per illa uerba potius deſignare,unde legatum præſtandum ſit,quam quòd uelit ab ipſo Mauro relinquere,non ex uerbis,ſed ex uoluntate colligitur, propterea quoad hoc, ut uideatur ab hærede relic.denominatur fideicom.ſic eſt in caſu. l.quidam infra eo,nam uerba ſignificare uidebantur tantummodo illam pecuniam,quam teſtator habebat in caſtris, & innumerato,& apud Iulium actorem,non aliam, quod igitur dictis ſummis in alium uſum tranſlatis, debeatur ſumma,ſeu quantitas relicta,eſt magis ex uoluntate,quã ex uerb.ſign.& ideo, quoad hunc caſum, illa diſpoſitio, quæ erat legatum, denominatur fideicommiſſum, ſic eſt in.l.titia teſtamento.§.j.Infra.de leg.ij.illa uerba, uolo à ſe ipſo accipere,ſeu præcipere,relata ad inſti hæredẽ uidentur ſignificare,quòd ex parte hæreditatis,ex qua fuit factus hæres,capiat,non autem à cohæredem,quòd modo re actus ſuſtineatur,aliter illa uerba interpretentur, ut intelligatur etiam relictum in parte à cohærede,id eſt magis inſpecta mente.quam ſig.uerb.propterea quoad id aſſumit nomen fideicom.ſic iudicio meo debet hæc quæſtio reſolui, cogitabitis.

42 Infero ex prædictis † quòd quia in legatis inſpiciebantur uerba,in fideicommiſſis inſpiciebatur uolũtas, quòd in legatis metiebatur diſpoſitio iuxta limites uerborum, in fideicommiſſis uero,iuxta amplitudinem uoluntatis, ut dicit tex.in.§.ſed non uſque inſt.de leg.& ex hac cauſa proceſſerunt plures differentiæ inter legata & fideicõmiſſa. Hac ratione, quia in fideicommiſſis inſpiciebatur uoluntas,poterat dari fideicommiſſum poſthumo. l.pen. infra eo.& tamen legari non poterat.§ poſthumo inſt.de leg. Hac ratione,quia in fideicommiſſis inſpiciebatur uoluntas,poterat relinqui fideicõmiſſum poſt mortem hæredis ſeu fideicommiſſarij,& tamen legari non poterat. §.poſt mortem inſt.de leg.& hæc ratio colligitur ex. l. j. C.ut act. ab hærede.& contra hæredes.in illis uerbis, ne propter ſubtilitatem nimiam uerborum,latitudo uoluntatis impediatur,& qualiter hæc ratio adeptetur ad has differentias. Dicam. infra in.l.j. Ex hoc infertur ratio † quare,olim fideicommiſſa non erant efficacia,ex ipſiſque non dabatur actio,nam non eſt ea, quam dixit Paul. de Caſt.uidelicet,qa eius uſus fuerat reprobatus, ex quo habuerunt initium à perſonis uolentibus legem fraudare,ſed ea eſt,quia uerba fideicommiſſorum non ſignificabant diſpoſitionem efficacem,ut ſuprà dictũ fuit, & olim non metiebatur diſpoſitio niſi iuxta ſignificationem uerborum,& ideo ubi ceſſabat ſig.uer.non competebat directa actio,ſed poſtea cępit dari utilis,attenta mente, quæ uenit ſolum ex interpretatione.l.penul.ff.ſi quadr.paup. feciſſe dicatur declarat Bart.in l.j ff.de acti. & obli. hac ratione etiam fideicommittebant magis quam legarent 44 incapacibus † quia dum fideicommiſſum eſſet expreſſum, non poterat applicari fiſco,tanquam tacite fidem accõmodaſſet.l.iij.infra de iure fiſci,per totam legem,non etiam poterat auferri à fideicommiſſario uti ab indigno, quia illi nulla actio, ſeu ius ex fideicommiſſo competebat: propterea ex eius perſona nulla actio poterat in fiſcum tranſire,quod ſecus fuiſſet in legatis,quia ex his actio dabatur,toto titulo. ff. &.C.de his qui. ut indig. ſed per mediam iuris prudentiam,quo tempore non tantum uerba, ſed etiam mens attendebatur, conſiderata mente magis quam uerbis,cepit ius dici ex fideicõmiſſis,& illud eſt, quod uulgo dici ſolet quod in fideicommiſſis inſpicimus uoluntatem.l. hæredes mei.§. cum ita.infrà. ad trebell. cum concordantibus ut ſupra dixi.

45 † Quare modo non fuerit tractatum prius de uniuerſalibus quam de particularibus fideicommiſſis,cum de uniuerſalibus prius tractandum foret, ut dicit tex.inſt.de fideicomm.hæred.in princ.reſpondet Iaſo,ut hic per eum. Dicas quòd quia tractaturus erat de particularibus fidei cõmiſſis,& de legatis ſimul propter omnimodam ſimilitudinem & equiparationem,prius tractauit de particularibus,quæ magis conueniunt & aſſimilantur legatis, quã de uniuerſalibus,quæ non equiparantur legatis particularibus.in inſtitutionibus uero quia imperator tractaturus erat ſeparatim de legatis,& de fideicommiſſis, ideireo ceſſante dicta ratione, prius de uniuerſalibus tractauit. Quare modo non fuit in inſti.tractatum de utriſque ſimul. Reſpondetur quòd fuit propter rationem, quam ponit tex.in.§ ſed ne in primis inſti.de leg. ſi iterum inſtabis,quòd dicta ratio ceſſabat in cod. & tamen tractatum fuit ſeparatim. Reſpondetur,quòd immò fuit ſimul tractatum,quia poſita fuit rub.cõmunia de leg. & fideicõmiſſis,ut in rub.de leg.ponuntur plures.ll.in quibus habetur mentio de fideicommiſſo prout de legato. diuiſit quidam rub.de leg.& fideicommiſſis, quia ſub qualibet earum uoluit firmare. ll. quæ magis ad alterum pertinerent,quamuis ad utranque pertineant.

SVMMARIVM.

1 Exequatio operatur quòd omnia iura ſeu priuilegia competentia rei ſeu perſonæ cui ſit adequatio intelligantur tributa rei ſeu perſonæ adequate.

2 Adequatio facta ſimpliciter & indiſſinite, non trahitur ad ea quæ in futurum tribuuntur rei ſeu perſonæ cui ſit.

3 Quando indiſſinita in priuilegijs trahatur ad ſutura.

4 Ratio quare immunitas conceſſa pro bonis indiſſinitè trahatur ad bona futura.

5 Exequatio facta per omnia trahitur etiam ad futura priuilegia conceſſa poſt exequationem.

6 Alia differentia inter adequationem ſimpliciter & indefinite factam, & eam quæ ſit facta per uerba uniuerſalia.

7 An ſtante ſtatuto, quòd nullus poſſit eſſe decurio, uel de collegio, niſi ſit ciuis originarius. aſſumptus in ciuem originarium poſſit eſſe decurio uel de collegio.

8 Si feudum concedatur in uim paterni, et antiqui feudi, an in eo ſuccedant tranſuerſales.

9 An adequatio inducat incōmodum ſeu diminutionē, ſiue onus in adequato, nu. 9. cum quinque ſequen.

10 An, ſi ſcholares adequētur ciuibus in omnibus & per omnia, priuentur priuilegio, quod habent ultra ciues, & num. 12. & 19.

11 Diminutio non uenit in conſequentiam adequationis.

12 An aſſumptus in ciuem teneatur ſuſtinere onera.

13 Adequatio ſemper uidetur facta ad augmentū adequati, etiam ad. ll. correctionem, quamuis non fiat de numero eorum quibus adequatur.

14 Adequatio non uidetur facta quoad diminutionem, niſi in caſu quo per dictam exequationem adequatum ſit de numero illorum quibus adequatur.

15 Quando per adequationem, exequatum uere uel ficte fiat de numero eorum, quibus adequatur.

16 Vbi cautum foret, quòd forenſes exequentur ciuibus, nō propterea forēſis poſſet dici uere uel ficte ciuis.

17 Vbi uero cautum foret, quod Vicentini uel ſcholares exequantur ciuibus per hanc exequationem fierent uere uel ficte ciues.

18 Adequatio licet facta per omnia nūquam tamen cenſetur facta quoad ea, per quæ adequatum deſineret eſſe id quod erat.

20 Quando in adequatione intelligatur facta exequatio unius tantum ad alterum, et quando intelligatur facta reciproca.

21 Quomodo intelligi debeat exequatio legatorum ad fideicommiſſa, de qua in. l. noſtra.

22 Quod per. l. noſtram et de iure ffor um re uera omnes uires legatorum erant attribute fideicommiſſis, & è cōtra præter iſtud, quòd dominium nō tranſit ipſo iure in honoratū ex fideicōmiſſo, prout ex legato.

23 Quod de iure fforum pro fideicommiſſis non competeret rei uendicatio.

24 Quid ultra. l. noſtram induxerit de nouo lex prima. C. communia de lega.

25 Quid ultra. l. primam addat lex ſecunda. C. cōia de legat. & late de intellectu. d. l. ij. & num. ſequen.

27 Ante diſpoſitionem. d. l. ij. aliqua diſpoſitio uitiebatur quia ſolum cenſebatur legatum quæ tamen ualuiſſet, ſi intelligeretur fideicommiſſum.

28 Quod ſit illud contrarium, quod etiam de iure hodierno conuenit naturæ legatorum, et non cōuenit fideicommiſſis, & è contra, quod conuenit fideicommiſſis & non legatis.

29 Quod de iure fforum pro fideicommiſſis competeret actio prout pro legatis.

30 Intellectus ad. l. pecuniæ infra de uerb. ſign.

31 Quod hic terminus perſecutio ſignificet illam actualem diſcuſſionem, quæ ſit in iudicio.

32 Ratio quare fideicommiſſi perſecutio dicatur extraordinaria, et quare denominatio perſecutionis magis conueniat actionibus habentibus extraordinariam diſcuſſionem, quam habentibus ordinariam.

33 An diſpoſitio defuncti ex cauſa inteſtati habeat uim & effectum legis ut executio fiat ipſo iure, prout habet diſpoſitio facta in teſtamento.

34 Quod ab inteſtato ſic poſſit legari, prout fideicommitti, tamen nec legatum nec fideicommiſſum in cauſa inteſtati poterit operari effectum translationis dominij ipſo iure.

35 Qui ſit ſenſus eius quod dicit tex. in. §. præterea inſti. de fideicom. hæred. uidelicet quòd ab inteſtato non poteſt legari.

36 An a legatario poſſit legari, prout relinqui per fideicommiſſum.

37 Quod à legatario non poſſit legari quoad effectum translationis dominij ipſo iure a primo legatario in ſecundum, & ibi de intellectu. §. primi, inſt. de ſing. rebus per fideicom. relictis.

38 Quomodo intelligi debeat id quod dicit. l. ij. in fi. C. cōia de lega. uidelicet quòd ſi fideicommittatur à legatario, quòd illud etiam intelligatur legatum.

39 Quod iure iſto fforum eſſet ſublata illa differentia, quæ prius erat, uidelicet quòd non poſſet poſt mortem legari, ſicut poterat fideicommitti.

40 Quæ fuerit ratio differentiæ, quare olim poſt mortem non poſſet legari, & tamen poſſet fideicom.

41 An ſit differentia inter legatum libertatis, & fideicommiſſum libertatis.

42 Ratio quare dicatur libertas directa non legata, & num. 48.

43 An in relicto libertatis uerba legatorū et fideicōmiſſorum ſint exequata prout in alijs relictis.

44 Quod exequatio uerborum inducta per. l. ſecundam. C. communia de lega. nō pertineat ad illa uerba, quæ diriguntur ad perſonam honoratam, ut circa ipſam diſponant

45 Nullum uerbum in relicto libertatis poteſt ſignificare utrunque ſimul uidelicet legatum & fideicom. libertatis.

46 Intellectus ad tex. In. l. ſi ſeruus legatus §. ſi ſeruus alienus. infra eod. titulo.

47 Ratio quare uerba relata ad actum grauati in alijs relictis ſignificent natura ſui legatum directum, ſecus in relicto libertatis.

48 An glo. in. l. noſtra & in. l. ſecunda. C. communia de lega. uelit non eſſe differentiā quo ad effectum inter

ter directam & fideicommiſſariam libertatem.

50 Quòd ſint plures differētie inter directam & fideicommiſſariam libertatem. Et unde dicte differētie procedant: et nu. ſeq.

52 An ratio ſeu ſolutio Petri, quare directa libertas, & fideicommiſſaria non ſint exequate per l. noſtram; poſſit defendi.

53 An poſſit eſſe utilitas circa retentionem ſeruitutis ex eo quòd legatum capiatur de manu heredis, non aitem tranſeat ipſo iure in legatarium.

54 Quæ fuerit intentio Bart. Circa ſolutionem, quam dat ad contrarium de libertate, & an dicta ſolutio poſſit ſuſtineri.

55 Quomodo uſus fructus, qui legatur dicatur eſſe apud teſtatorem cauſatiue.

56 Quæ ſit ratio, quare heres non cogatur adire a fideicommiſſario particulari, prout ab uniuerſali, & quare tex. non induxerit, quòd actiones actiue, & paſſiue tranſeant in fideicōmiſſarium particularē.

57 An ſicut ualet fideicommiſſum particulare ſine aditione hereditatis, quando eſt prohibita falcidia, ita etiam ualeat fideicommiſſum uniuerſale.

58 Quod ratio differentie, quare in fideicommiſſo uniuerſali dominium non tranſeat ipſo iure, quemadmodum in fideicōmiſſo particulari, aſſignata per Bar. ſit optima, Et quòd alie omnes rationes doct. re incidant in idem cum ratione Bart.

59 An in caſibus in quibus ipſo iure ſi reſtitutio hereditatis, acquiratur ipſo iure fideicommiſſario ignoranti hereditas, & dominium etiam ſine eius conſenſu.

60 Hereditas nullo modo poteſt acquiri reuocabiliter.

61 Actio primi legatarij non tranſit in ſecundum ſine ceſſione, & ibi de intellectu l. ſi quis ſeruum. §. certam. infra. de legatis ſecundo.

62 An dominium rei legate tranſeat ipſo iure a primo legatario in ſecundū, an uero requiratur reſtitutio.

63 Licet teſtator poſſit facere legatum ad tempus ita ut finito tempore dominium ipſo iure reuertatur ad heredem, non tamen poteſt adimere ipſo iure dominium legatario poſtquam ceſſit dies legati, ſi legatum non ſit limitatum.

64 Fideicommiſſum ſingulare non ualet ſi hereditas non ſit ſoluendo, uniuerſale uero ualet. Et ibi de ratione diuerſitatis.

65 Fideicommiſſum particulare poteſt cedi, ſed non uniuerſale. Et ibi de ratione diuerſitatis.

66 Ratio quare fideicommiſſum uniuerſale licet ſit tranſmiſſibile, non tamen poſſit cedi, & quo caſu poſſit ceſſionarius agere ad reſtitutionem fideicommiſſi uniuerſalis.

67 Regulariter pro legatis, quæ alterius utilitatem continent, & ualent iure communi, competit actio perſonali ex teſtamento.

68 An pro legatis cōſeruatis coniunctis perſonis per edictum de legatis præſtandis competat actio ex teſtamento.

69 Edictum de legatis præſtādis non inducit ualiditatem in legatis, ſed conſeruat. Et ideo non pertinet ad legata, quæ etiam de iure ciuili eſſent nulla.

70 An competat actio perſonalis ex teſtamento pro legatis, quæ non continent alterius utilitatem ſed ſolum concernunt authoritatem teſtatoris.

71 An pro legatis, quæ non continent commodum pecuniarium competat actio ſeu officium iudicis.

72 An pro relicto libertatis detur actio, uel officium iudicis, & quæ ſit differentia inter fideicommiſſum libertatis, & fideicommiſſum quo quis grauatur emancipare filios, & in ſequenti.

74 Tunc fideicommiſſum intelligitur continere commodum non pecuniarium, quando a grauato aufertur commodum non pecuniarium, ſed diceretur continere pecuniarium, quando pecuniarium auferretur a grauato, licèt fideicommiſſarius conſequeretur non pecuniarium.

75 An pro legatis conſeruatis per titulum ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti competat actio ex teſtamento & ibi de ratione differentię inter legata conſeruata per edictum de legatis preſtandis, & legata conſeruata per titulū ſi quis omiſ. cau. teſta. & nu. ſeq.

77 Quòd actio quæ competit ex edicto, ſi quis omiſſa cau. teſta. ſit datiua non natiua.

78 Quando in lege per illa uerba dari actionem perinde ac ſi ex teſtamento eſſet adita hereditas, denotetur competere actionem ex teſtamento.

79 Quæ ſit utilitas, an competat actio ex teſtō, uel actio in factum pro legatis conſeruatis per tit. ſi quis omiſ. ca. teſt. Et an ueniant fructus a die moræ, quando competit actio in factum, prout quando competit actio ex teſtam.

80 An quando conditio habetur pro adimpleta in legatis, pro illis competat actio directa ex teſtamento cum ſeptem ſeq.

81 Intellectus ad l. ij. C. de inſt. & ſubſti. circa illa uerba, nec extraordinario auxilio indiges, &c.

82 Si a principio ſtetit per honoratum, quo minus conditio adimpleretur, deinde ſtetit per eum, in cuius fauorē fuerat adimplenda, an iſto caſu conditio haberi debeat pro adimpleta.

83 An conditio, ſi nupſerit debeat intra triennium a die pubertatis adimpleri, an ſufficiat, quòd quandocunque adimpleatur.

84 Quæ actio competat pro legatis, quando conditio habetur pro adimpleta, non de iure communi, ſed de iure ſpeciali ex aliquo ſpeciali priuilegio. cum tribus ſeq.

85 Intellectus ad tex. in l. ſi peculium. §. is cui. & in l. ſtichū. §. pen. ff. de ſtatu lib. Et ibi late de ratione differentie inter caſus dd. ll. & de intellectū illorum uerborum, quod ſeruus ſit liber. magis ex conſtituto iure, quam ex teſtamento.

86 Quæ ſit ratio, quare conditio dandi habeatur pro defecta ubi non poteſt adimpleri propter caſum fortuitum.

88 Quæ actio competat pro legatis debitis, hereditate non adita ex diſpoſitione ſtatuti. & ibi de effectu & intelligentia dicti ſtatuti cum duobus ſeq.

89 An hereditas ſit capax alicuius obligationis actiue, & paſſiue de nouo inducende.

91 An ualeat ſtatutum quòd heres inſtitutus omnino te

neatur

neatur ad legata, etiam hereditate non adita.

92 *Quòd ex legato uniuerſali quote hereditatis non competat rei uendicatio, nec tranſeat dominium ante reſtitutionem.*

93 *Si legatum ſit peculium competit ipſo iure rei uendicatio ad particularia corpora comprehẽſa in peculio, ſed non ad ipſam peculij uniuerſitatem, & ibi de ratione diuerſitatis inter legatum quote hereditatis, & legatum peculij.*

94 *Actiones paſſiue de peculio non ſunt mere perſonales, & non competunt niſi aduerſus poſſeſſorẽ peculij.*

95 *Ex legato uniuerſitatis gregis competit ipſo iure rei uendicatio ad uniuerſitatem gregis, & ad ſingula corpora, & ibi remiſſiue de ratione, quare uniuerſitas gregis poſſit uendicari non autem uniuerſitas peculij.*

96 *Quod ex legato generali partis bonorum illico competat rei uendicatio, licet ſtatim non tranſeat dominium dicte partis bon. & ibi de ratione.*

97 *Quod ex leg. alternatiuo non competat rei uend. ante electionem, & de ratione diuerſis. inter legatum partis bonorum, & legatum alternat.*

98 *Intellectus ad. l. ſi quando. §. i. infra eo.*

99 *Ex legato in ſpecie pure & ſimpliciter relicto regulariter tranſit ſtatim dominium, & competit rei uendicatio, ſolum procedit in re aliena legata quando dominus conſentit.*

100 *An ex legato tacito tranſeat ipſo iure dominium.*

101 *Diſpoſitio tacita que prouenit ex interpretata mẽte, preter, & ultra ſignificationem uerborum, poteſt ſolum ualere in uim fideicommiſſi. Et deciſio l. ij. C. communia de lega. quòd quelibet diſpoſitio intelligatur legatum & fideicommiſſum, ſolum procedit in diſpoſitione expreſſa, que ſignificatur per uerba. & nu. 105*

102 *Intellectus ad. l. ſeruum filij §. fi. infra eod. & ad. l. emptor. §. ancillam. ff. de rei uend. & ad. l. ſi fundum ſub conditione. §. qui fundu infra eod. cũ duob. ſeq.*

105 *Quod ubi diſpoſitio ſolum ualet in uim fideicommiſſi, quòd ex ea nunquã tranſit dominium ipſo iure, & ſupra nu. 101.*

106 *Ex legato in diem non tranſit dominium ante diem, ſed ad ueniente die, fingitur queſitum dominium uſque a die mortis.*

107 *An pro legatis cõſeruatis per tit. ſi quis omiſ. cau. teſt. ſtatim cõpetat rei uendicatio. Et ibi de ratione diuerſitatis quare competat rei uendicatio, & tamen non competat perſonalis actio ex teſtamento, ſed actio in factum datiua.*

108 *An pro legatis in quibus conditio habetur pro adimpleta ſtatim tranſeat dominium, & competat rei uendicatio.*

109 *An tranſeat dominium ipſo iure, & ſtatim competat rei uendicatio ex legato facto duobus inſolidum.*

110 *An uſusfructus, et alie ſeruitutes perſonales ipſo iure conſtituantur ex legato ita ut ſtatim competat confeſſoria.*

111 *Quod nõ ſolum de iure nouo ſed etiam de iure ff orum legatarius poterat agere rei uendicatione ueluti ex legato, uel pſonali actione ueluti ex fideicommiſſo.*

112 *Intellectus ad text. in l. ſi ab hered. ff. ſi uſufr. peta.*

113 *Quando tranſeat proprietas ex legato uſusfructus earum rerum, que uſu conſumuntur.*

114 *Quibus caſibus de iure ff orum competeret actio hypothecaria pro legatis.*

115 *An pro eadem re legata pro qua competit rei uendicatio, competat etiam actio hypothecaria, & ibi opinio. doc. contrarie ad concordiam reducuntur.*

116 *Actio hypothecaria competit pro ijs legatis, pro quibus ſolum competit officium iudicis.*

117 *An pro legato conditionali competat hipotheca, ita quòd agi poſſit hipothecaria contra res alienatas per heredem pendente conditione legati.*

118 *Quod in l. balneum. §. i. uer. ſed ſi hæres. ff. qui pot. in pigno. hab. non retrotrahatur perſonalis actio ex legato. ſed perſonalis ex ſtipulatione.*

119 *Hypotheca que competit pro legato, non cauſatur ex ipſa particulari diſpoſitione legati, ſed ex l. diſpoſitione, que uoluit omnia bona teſtantis eſſe hypothecata pro legatis. ueluti ſi id generaliter per teſtatorem fuiſſet diſpoſitum.*

120 *Hypotheca que competit pro legatis non tãtum accedit perſonali obligationi, que oritur ex legato particulari, ſed etiam illi obligationi, que oritur ex quaſi contractu heredis, qui fit in aditione. Et ibi in quo differant iſte due obligationes.*

121 *An pro legato liberationis competat hypotheca.*

122 *An actio perſonali ad liberationem immediate oriatur ex ipſa diſpoſitione, legati, uel ex ipſa liberatione, quam legatarius fuit conſecutus ex ipſo legato.*

123 *Exceptio que competit ex legato liberationis dicitur exceptio doli, que uero competit ex fideicommiſſo liberationis de iure ff orum dicitur deſcendere ex uoluntate, & ibi de ratione diuerſitatis.*

124 *Vbi teſtator expreſſe diſpoſuit, quòd bona heredis ſint hypothecata pro lega. an ipſo iure in dictis bonis contraheretur hypotheca. ſaltem in ipſa aditione.*

125 *Quaſi contractus heredis in aditione non ſe extendit ad conſtitutionem hypothece pro legatis.*

126 *Teſtator poteſt grauare heredem ad conſtituendum hypothecam in bonis ſuis tamen non conſtituitur ipſo iure, ſed requiritur factum heredis.*

127 *Quo poſſit concurrere actio perſonalis, & actio in rem pro eadem re legata cum pluribus ſeq.*

128 *Legatarius proponendo actionem perſonalem uidetur renuntiare actioni in rem, & dominio.*

129 *Dominium an dicatur queſitum legatario de iure ſpeciali an uero de iure communi.*

130 *Dum legatarius eligit penalem declaratur quòd agnoſcit relictum in uim fideicommiſſi non autem in uim legati, & propterea quòd dominium non ſit ſibi queſitum ipſo iure, dum uero eligit rei uendicationem, declaratur, quod agnoſcit in uim legati, & quod ipſo iure ſit queſitum dominium.*

131 *Qui ſit ſenſus rationis aſſignate per Bart. in l. ſi heredis ſeruus. infra. eod. et in l. cum filius. § uarijs. infra de lega. ij. & ibi de intellectu glo. in. §. noſtra* [illegible]

132 *Ratio quare hæredes eiuſdem legatarij debeant conſentire, ut ambo agant eadem actione uel rei uendicatione uel perſonali.*

133 *An dominium rei in ſpecie pure, & ſimpliciter legate queratur ſaltem ſecundum fictionem a die mortis ante aditionem hæreditatis.*

134 *Ad effectum ut legatum tranſmitti poſſit in hæredem legatarij, neceſſe eſt, quod fingatur queſitum legatario tranſmittenti ante eius mortem.*

135 *Ratio quare conditio uoluntaria in legati non retrotrahatur.*

136 *Non repugnant hæc duo uidelicet quòd ante aditam hæreditatem dominium uere ſit hereditatis, & tamen ſecuta aditione fingatur quæſitum legatario etiam ante aditam heredita.*

137 *In quibus poſſit operari illa fictio tranſlatiua, per quam dominium rei legate, quod queritur legatario ſecuta aditione fingatur acquiſitum tempore mortis defuncti.*

138 *Concluſio cõmunis, quod uerum dominium acquiratur legatario a die adite hereditatis, ſed reuocabiliter eſt uera, & indubitata, & pluribus ſeq.*

139 *Per diſpoſitionem teſtatoris ſit acquiſitio ipſo iure ſine conſenſu eius cui acquirendum eſt quemadmodum acquiritur per.l.diſpoſitionem.*

140 *Quomodo dominium rei legate ante agnitionem dicatur eſſe in pendenti.*

141 *Quando uerbum intelligitur, ſeu uidetur, denotet fictionem, & quando ueritatem.*

142 *Qui ſit ſenſus eius, quod dicitur in l.legatum, ita infra de leg.ij.uidelicet, quod legatum ita dominium rei legatarij facit pro ut hæreditas heredis res ſingulas.*

143 *Quod tex. in l.ſi ita herediatem ſupra. de cond. inſtit. neceſſario debeat intelligi de acquiſitione, quæ ſit ex uoluntate.*

144 *Quod etiam tex. in l. cum uero.§.fi.infra de fideicom. heredi.intelligi debeat de illa acquiſitione, quę ſit de iure communi per traditionem.*

145 *Quibus caſibus confundantur ſeruitutes debite fundo legato per fundum hæredis.*

SEQVITVR COPIOSA PLANE ac ſubtiliſsima Repetitio Nodoſæ legis primę ff.de legatis primo. Eximij Iuriſcon. D. Hieronymi Tornielli in Patauina academia ius ciuile ueſpertinum enucleantis.

PEr omnia ut cognoſcamus qualiter intelligi debeat exequatio legatorum ad fideicõmiſſa, de qua dicitur in text. Et ut omnia, quæ habentur per doct. hic circa materiam exequationis ordinate declarentur, habemus uidere de duobus, primo de effectu exequationis, deinde an intelligi debeat exequatio unius ad alterum, an reciproca. Circa primum due ſunt quæſtiones, prima quid operetur exequatio circa augumentũ, ſecũda quid operetur circa diminutionem, ſeu incommodũ. Circa primam habes ex dictis

1 Bart. hanc concluſionem quod exequatio † operetur quòd omnia iura, ſeu priuilegia competentia rei, ſeu perſonæ, cui ſit exequatio intelligantur tributa rei, ſeu perſone adequate.l.princeps.ff.de.ll.l.maximum uitium. C. de lib.præte.l.ij.C.con.de lega.§.ſed noſtra inſtit. de leg. enim concor.de quibus hic per Bart.quæ concluſio uidetur quòd non tantum procedat in exequatione facta per omnia ut in text.noſtro, ſed etiam in ea, quæ ſimpliciter ſit ut patet in.ll.ſupra alle. & alijs infra alle.differunt ta-
2 men inter ſe † ſimplex adequatio, & omnimoda quæ ſit facta per uerba uniuerſalia. Nam adequatio ſimpliciter facta non trahitur ad ea, quæ in futurum poſt exequationem facta tribuuntur rei, ſeu perſonæ cui ſit adequatio ita oes doct. hic per.l.ſi ita & l.medien.ff de auro.& arg. leg. Non obſtat unum quod hic Rui.adducit in contrarium, uidelicet quò indiffinita in priuilegijs trahitur ad futura, capitulo ut circa de priuil. & quod ibi no. Ab. nam ſolutio eſt clara, quia procedit eo caſu, quo conceſ-
3 ſio, indiffinite † facta, poteſt ſe extendere ad futura abſque noua conceſſione, quia tunc niſi ſit facta exceptuatio, uidebitur conceſſum priuilegium etiam pro futuris, non ſic in caſu noſtro, quia non poteſt trahi ad futura, niſi accedat noua conceſſio, quæ ſit rei, ſeu perſonæ, cui ſit adequatio, & propterea ex deffectu exceptuationis, non poteſt ſummi illa coniectura, quòd de futuris etiam actum ſit prout in caſu præcedenti, & ratio differentie eſt pluſquam manifeſta, quia in prima trahitur ad futura etiam abſque nouo conſenſu concedentis, in caſu noſtro non poteſt trahi ad futura, ſine nouo conſenſu, quæ autem ſit
4 ratio † quòd in d. cap. ut circa immunitas conceſſa pro bonis indiffinite trahatur ad bona futura contra diſpoſitionem d.l. ſi ita, ea eſt, quia immunita ſimpliciter, & indiſtincte conceſſa, ſui natura ſe extendit ad omnia bona eius, cui eſt conceſſa, quia ſi non competeret pro futuris diceretur immunitas, non indiffinita, ſed limitata, ſeu reſtricta ad quædam bona. Et poſito quòd in priuilegio ſit dictum pro bonis ſuis tamen non reſtringitur ad bona præſentia, quia illa expreſſio bonorum ſuorum tacite inerat, quia non poteſt concedi immunitas pro alienis, icciſco non uidetur facta ad reſtringẽdum ius immunitatis, ſeu ad demonſtrationem bonorum, ſed eo modo quo tacite inerat, & propterea non operabitur reſtrictionem immunitatis.l.iij.infra eod. ſecus in caſu.d.l.ſi ita, quoniam illa indiffinita bonorum, fuit poſita ad demonſtrationem bonorum. Et ideo intelligitur ſolum de preſen-
5 tibus. Alia uero exequatio † quæ ſit facta per omnia trahitur etiam ad futura priuilegia conceſſa poſt exequationem: ita communiter omnes doct. hic poſt Alex. dum approbant deciſionem Bald. & Guiliel. in. l. omnia. C. de epiſ. & cle. de priuilegijs ſtudij pariſienſis per omnia conceſſis ſtudio Tolloſano. Et fundatur iſta concluſio optima ratione, quia ſi eſt per omnia, & uniuerſaliter facta, ergo etiam quo ad futura, quia qui totum dicit nihil excludit.l.iulianus.infra de leg.iij. & quia non poſſet dici per omnia facta exequatio, ſi eſſet exceptio quo ad futura §.j. inſtitu. de donatio.l. ius ciuile. ff. de iuſtitia & iure & quia attenta hac omnimoda exequatione, conceſſio facta rei cui ſit adequatio, intelligitur facta utrique per regulam de qua per gloſ. Bart. & doct. in l. ſi quis ſeruo perſuaſerit in gloſ. fin.C. de furt. Non ob. huic concluſioni id quod dicit Bart. in dict.l.ſi ita, per text in.l.ſi.§.j. intra. de leg. ij.uidelicet quòd in legatis bonorum factis, cum ſigno uniuerſali, non ueniunt futura acquiſita poſt teſtamentũ, quia ultra ſolutionẽ & Soc.dici poteſt & melius, quod in caſu noſtro uerba ſunt prolata ad inducendam omnimodam adequationem, inter duo, uigore cuius non ſit quòd præciſe ueniant futura, ſed quòd noua conceſsio facta uni, intelligatur facta utrique, quod non eſt in caſu de quo loquitur Bart. in d.l. ſi ita & propterea credo quod limitatio Soc. quam ſequuntur Rui. & Ripa hic. ad hanc concluſionem, uidelicet quòd non procedat quando illa dictio, per omnia, non ſtaret abſolute, ſed referretur ad priuilegia, non ſit bona, quia utroq; caſu uerba intelliguntur prolata ad inducendam omnimodam adequationem, nec deciſio Bar. in d.l. ſi ita, aliquid facit

in

6 in oppoſitum, ut patet ex prædictis. Secundo † differunt
ſimplex adequatio, & omnimoda, quia adequatio ſimpli-
citer facta, nō trahitur ad ea, quæ competunt rei ſeu per-
ſonæ, cui fit adequatio, in caſu uero tantum non autem
in caſu ficto, ſed exequatio facta per omnia, & uniuerſa-
liter, cenſetur etiam facta de his quæ ſolum in caſu uero
competunt rei, cui fit adequatio. ita colligitur ex illa de-
ciſione Bal. in l. omnes populi col. pen. ff. de iuſt. & iu-
re quam referunt, & ſequuntur Alex. Iaſ. Ripa, & alij
7 Mod. hic dum uolunt † quòd ſi per ſtatutum cautum ſit,
quòd nullus poſſit eſſe decurio, uel de collegio niſi ſit ci-
uis originarius, quòd aſſumptus in ciuem originarium
per omnia poterit eſſe decurio, uel de collegio, ſecus ſi
ſimpliciter. Nam ratio eſt, quia iſtud uidetur compete-
re originariis uere, non autem iis quibus data fuit ciuili-
tas quamuis fingantur originarii, eadem ratione proce-
8 dit alia deciſio † quòd ſi concedatur feudum in uim pater-
ni, & antiqui feudi, in omnibus & per omnia quòd in di-
cto feudo ſuccedunt tranſuerſales ſecundum Cur. conſi.
xlix. Soc. conſi. clxv. uol. ſecundu quos refert Ripa hic,
non autem ſi ſimpliciter, & indiffinite ſit conceſſum in
uim ſeu formam antiqui, & paterni feudi, ratio quia illud
quòd tranſuerſales ſuccedant in feudo eſt introductum
in feudo, quod uere ſic antiquum ſeu paternum capitulo
i. de na. ſucc. feud. in uſibus feudorum, eadem ratione
procedit, quod alibi dicitur, uidelicet, quòd ſimplex ade-
quatio, intelligitur ſolum facta de iis quæ iure ordinario
rei, ſeu perſonæ, cui ſit, non autem de his, quæ ſolum ſpe-
ciali iure competunt prout uidentur ſentire Cin. & Bal.
in l. ſi filius C. de bo. damna. per l. patronus infra de leg.
iii. inferentes quòd conceſſio facta Abba. ſancti proculi,
quòd intra annum percipiat fructus canonici mortui ſi-
cut ille ſolitus fuerat percipere, intelligetur de fructi-
bus, qui per illum canonicum percipiebantur iure ordi-
nario, non de iure ſpeciali, ſic in ea diſpoſitione, qua ca-
uetur, quòd quis habeatur pro præſente intelligitur quo
ad ea qua competunt præſenti de iure ordinario, non de
iure ſpeciali. Arch. in cap. ſi. de conſuetudi. in vi. quas
deciſiones refere hic Rui. col. v. ad ſi. Nam ratio eſt, quia
diſpoſitio, per quam quid confertur rei, cui ſit adequatio,
de iure ſpeciali intelligitur in caſu uero non caſu ficto l.
iii. §. hæc uerba, & ibi glo. & Bar. no. ff. de neg. geſt. &
propterea non poterit competere adequato, ſi uero fue-
rit facta adequatio uniuerſaliter, & p omnia, tunc trahe-
tur ad ea, quæ etiam de iure ſpeciali competunt rei cui
adequatio ſit, ut patet ex prædictis, & in his terminis pro
cedere poteſt opinio Ioan. And. in d. c. ſi. quam ſequitur
Abba. c. ex parte el. ii. in ſi. de ele. non reſid qui tenet con
tra Archid. Circa ſecundam q. uidelicet quid operetur
9 circa diminutionem † aut incommodum ſiue onus in ade
quato. Bart. hic uidetur uelle, quòd non operetur dimi-
nutionem, dicit enim: quòd per exequationem illud plus,
quod eſt in uno attribuitur alteri. non autem quòd fiat
diminutio eius, in quo unum excedit aliud. Secundo hoc
uidetur uelle tex. in d. §. ſed non uſque, inſti. eo. Tertio
facit quia exequatio uidetur principaliter facta in fauo-
rem, & augumentum adequati, propterea nō dicit in eius
odium retorqueri l. quod fauor. C. de ll. Quarto allega-
tur te. in l. ſi Ruffinus. C. de teſt. mil. per quem no. quòd
priuilegium militis non tollit legem inductam in eius
fauorem. Quinto allegatur deciſio Bar. in l. iii §. ſi eman
10 cipatus per illum tex. infra de contratab. ubi dicit, quòd
illa exequatio, per quam ſcholares in omnibus equipa-
rantur ciuibus, non pertinet ad diminutionem eius priui
legii, quod ſcholares habent ultra ciues, cum qua deciſio
ne uidetur etiam concordare deciſio Guliel. de Suza. in
d. l. quod fauore, quòd per dictam exequationem non po-
terunt ſcholares forenſes conueniri coram uicario, ſeu
pretore ciuitatis, uidetur etiam concordare deciſio Bal.
in auctentica habita. C. ne filius pro patre, ubi dicit quòd
hmôi exequatio facta de ſcholaribus ad ciues non ope-
ratur, quod ſcholares amittant priuilegia, quæ ipſis com-
petunt uigore dictę auctenticę, pro contraria opinione fa
cit, quia donatio cauſa mortis equiparatur legatis l. illud
ff. de donatio. cauſa mortis, & talis equiparatio, non tan-
tum pertinet ad augumētum donationis ſed etiā ad eius
diminutionem, ut patiatur falcidiam. l. cum pater. §. eo-
rum infra de legatis ſecundo l. ſi mortis cauſa l. pen. C. ad
l. falcid. l. ſecunda. C. de donat. cauſa mortis. Solutio, iſta
diminutio non fit contra id, quod prius erat diſpoſitum
in adequato, quia de falcidia deducenda uel non dedu-
cenda nihil erat prius diſpoſitū in donatione cauſa mor-
tis, ſed preter, & ultra id, quod erat diſpoſitum, & hoc ca-
ſu admitto, quòd poteſt operari diminutionem. Conclu-
ſio uero ſupra facta procedit, & loquitur de ea diminutio
ne, quæ eſt contra id, quod prius erat diſpoſitum in ade-
quato. Secundo in contrarium allegatur tex. in l. memi-
nimus C. de leg. hæred. ibi enim dicitur, quòd illa exe-
quatio, per quam filius ſororis æquiparatur agnatis, per-
tinet etiam ad onus, & incommodum adequati, ut tenea-
tur ſubire onus tutelle. Solutio eſt, ut dictum fuit in præ-
cedenti contrario, nam non erat aliquid diſpoſitum prius
circa filium ſororis, quòd excuſetur a tutella uel quòd nō
teneatur illam ſuſcipere. tertio allegatur tex. in l. cum
ex ratione in ſi. ſupra de excuſa. tuto. ibi. n. habetur, quod
licet libertus ſenatoris, qui eius negotia gerit excuſetur
a tutela tamen per illam equiparationem, per quam li-
bertus equiparatur ingenuis, dum ius aureorum annulo-
rum impetrat, non excuſatur a tutella, & ſic amittit illud
beneficium. ſolutio, quòd excuſetur a tutella, non eſt in
priuilegio liberti, ſed eius domini, ut ibi dicitur, & in l.
nec ſenatorum. C. de excuſa. tut. & l. libertus ii. reſpon-
ſo. ff. ad municipa. Et propterea ea diminutio non eſt ad
incommodum liberti adequati. Et hanc ſolutionem ſen-
tit glo. in d. l. cum ex ratione. quarto adducitur, quia qui
uult exequationem uidetur uelle omne neceſſarium an-
tecedens ſine quo omnimoda exequatio eſſe non poteſt,
arg. l. ſi duo & l. illud ff. de acqui. hære. cum concordan.
Ergo uidetur uelle eam diminutionem, ſine qua non poſ
ſet eſſe exequatio inter hæc duo, puta quia ſine ea, ade-
quatum excederet id, cui ſit adequatio. ſolutio licet ade
quatum excedat id, cui adequatur non propterea tolli-
tur, quin ſit perfecta adequatio, quia ſi excedit, multo
magis adequat, quia in eo quod plus eſt perfecte ineſt id
quod eſt minus l. in eo qđ plus eſt de reg. in. & propterea
11 non eſt uerum † quòd diminutio ueniat in conſequētiam
adequationis. quinto adducitur deciſio Angel. in l. ii. §.
furioſus. ſupra titu. i. dum concludit, quòd illa exequa-
tio quæ ſit, dum quis aſſumitur in ciuem pertinet non tan
tum, ad commodum eius, qui aſſumptus fuit, ſed etiam ad
incommodum, quia tenetur ſuſtinere onera, & cum eius
12 deciſione † uidetur concordare deciſio Bald. in d. l. quod
fauore. col. vii. C. de ll. & in l. nulla eo. tit. & ibi Pau. de
caſt. & idem Pau in d. l. ſi duo uidelicet quòd dicta exe-
quatio facta per ſtatutum, quo cauetur, quòd in omnibus
ſcholares habeantur pro ciuibus pertinet etiam ad onus,
& incommodum ipſorum ſcholarium, ut quo ad onera
habeantur pro ciuibus, & licet circa prædictas deciſiones
ſit aliqua difficultas, ut patet ex iis quæ hic dicit Alex. &
in d. l. ſi Ruſinus, & Aret. in l. quidam cum filium ff. de
uerb. oblig. & communiter Moder. hic. Tamen omnes
doc. in hoc conueniunt, quòd quoad onera, a quibus de iu
re communi is aſſumptus in ciuem, erat immunis, ante
prædictam exequationem teneatur ſolutio, cōcluſio com
munis ſupra firmata procedit, quando per huiuſmodi exe
quationem nec uere, nec ficte, adequatum de numero eo-
rum ſit quibus adequatur. nam tunc adequatio non perti-
net ad diminutionem, ſed contrariæ deciſiones loquuntur
in caſu quo per adequationem, adequatum uere, uel ficte
ſit de numero eorum, quibus adequatur, & ratio eſt, quia
diſpoſitiones ille per quas onera imponuntur his, quibus
fuit facta adequatio, comprehendunt, uel extenduntur
ad omnes qui uere uel ficte ſunt de numero eorum. l. j. §.
lex falcidia, & quod ibi nota. infra ad. l fal.

Diſtingue igitur, quòd aut per adequationem, ade-
quatum nec uere, nec ficte, ſit de numero eorum, quibus
13 adequatur † & tunc exequatio uidebitur facta, quo ad
augumentum, etiam ad ll. correctionem & contra illud
quod prius erat diſpoſitum, ut in text. noſtro. Nam uide-
tur facta exequatio contra diſpoſitionem plurium. ll.

per

per quas induirebatur differentia, inter legata & fideicommiſſa, ſed quo ad diminutionem non uidetur facta exaequatio, contra id quod prius erat diſpoſitum, bene uidetur facta ad diminutionem preter, & ultra id quod in adequato, non erat diſpoſitum, ut in d. l. illud cum alijs preallegatis, ſecundo uero caſu quando per exequatio-
14 nem † adequatum uere uel ficte fit de numero eorum quibus adequatur. Et tunc dicetur eſſe adequatio, etiam ad diminutionem, & incommoda, & hoc caſu procedunt deciſiones ſupra relate. Et tunc illa onera, dicentur uenire in conſequentiam adequationis. d. l. ſi duo, dices tu illud ultimum uidetur contra d. l. quod fauore & deciſionem Bart. in d. §. ſi emancipatus, & Guliel. & Bald. in d. auctentica habita. ſolutio patebit ex infra dicendis, & ſi dixeris, quomodo cognoſcemus, quod in adequatione
15 † exequatum uere uel ficte fiat de numero eorum quibus adequatur Reſpondeo ſed prius premitto, quod in hoc fuit differentia inter Aret. in d. l. quidam cum filium, qui dicebat, quod uere uel ficte fit de numero eorum, quibus adequatur. Et Rui. hic, qui oppoſitum dicit. Pro opinione Rui. licet ipſe non allegat, facit, quia licet feminę adequentur maſculis. l. maximum uitium. C. de lib. præter. non propterea uere uel ficte fiunt de numero maſculorum, ſic emancipati adequantur exiſtentibus in poteſtate, & ſuis. d. l. meminimus. C. de legit. hæred. §. nullã uero in auctentico de heredita. quæ ab inteſta. Et tamen nec uere nec ficte fiunt de numero ſuorum, nec tranſmittunt patris hæreditatem ex potentia ſuitatis, ut communiter concludunt doct. in l. nentre. ff. de acquir. hæred. & dicit Alexan. in l. ſi emancipati. C. de collatio. Rui. hic & in l. Gallus. §. & quid ſi tantum ſupra. de lib. & poſth. Quam tamen ſui tranſmittunt. l. apud hoſtes. C. de ſuis, & legit. Pro opinione Aret. facit, quia ſi adequatum per hanc adequationem aſſumit iura eius, cui adequatur, ergo ſaltem ficte fit illud, quia a ſimili dicimus, quod ex quo filius ſororis ſuſcepit iura agnatorum, l. lege. xij. tabularum C. de lega. hæredi. quod propterea ſit effectus agnatus ſaltem ficte, ſeu improprie Bald. et alij doct. in d. l. lege. xij. tab. ita quod non poteſt dici proprie cognatus. Decius conſi. xiij. dixi alias in rub. C. qui admitti, et in l. legata quæ ſub conditione. ff. de cond. et demonſt. ſic bonorum poſſeſſor, quia ſuſpicit iura hæredis. l. j. infra de bon. poſſ. tit. generali propretea ſaltem ficte, et improprie dicitur hæres. l. j. §. bonorum, et quod ibi not. doc. infra ad trebel. et not. in d. rub. C. qui admitti, et plura alia ſimilia poſſent in propoſitum adduci pro ſolutione, et concordia. Ego ſoleo dicere, et hæc eſt ueritas, quod ubi adequatum non poteſt effici uere, uel ficte de numero eorum, quibus adequatur, quin deſinat eſſe id quod erat, tunc procedat opinio Rui. quia nunquam per exequationem fiet de numero eorum, quibus adequatur. ſic procedit quod dicitur de exequatione feminarum ad maſculos, quamuis etiam hoc caſu ſit impedimento ratio impoſſibilitatis, ne poſſit unum fingi aliud. l. quod ad certum. ff. locati ſic pocedit quod dicitur de exequatione emancipationis, & patrie poteſtatis, quia non poſſet fingi ſuus & neceſſarius ad effectum tranſmiſſionis quin deſineret eſſe emancipatus, quia illa qualitas, quæ eſt neceſſaria ad tranſmiſſionem non poteſt eſſe ſine patria poteſtate, & patria poteſtas & emancipatio repugnãt, ut declaraui in d. l. uenire ſic ſi diceretur forenſis exequetur ciui
16 † non poſſet propter id forenſis, dici uere uel ficte ciuis quia hoc modo, deſineret eſſe forenſis, ſaltem quoquo modo, ubi uero quamuis adequatum uere uel ficte fiat de numero eorum, quibus adequatur non propterea deſinat eſſe id, quod erat quia qualitas adequati ſe cõpatiatur cum eo, cui ſit adequatio, & tunc per hanc equiparationem uere, uel ficte adequatum ſit de numero eorũ quibus adequatur, & procedit opinio Aret. ſic procedit, quod dicitur de filio ſororis adequato agnatis. Nam ex eo, quod fiat agnatus, non propterea deſinit eſſe filius ſororis, & id quod dicitur de bonorum poſſeſſore adequato heredibus. Nam non deſinit eſſe bonorum poſſeſſor,
17 ex eo ꝙ ficte dicatur heres, & ideo ſi dicatur † ꝙ Vicentini habeant iura huius ciuium ciuitatis, uel tractentur uti ciues, uel ſcholares adequentur ciuibus, quia poteſt quis eſſe proprie Vicentinus, & ſcholaris quamuis fiat ciuis huius ciuitatis uere ſeu ficte, propterea per hanc exequationem fierent uere uel ficte ciues, quibus adequarentur, & notabis iſtud, quia per hoc ſequitur, quod adequatio
18 quamuis facta per omnia † nunquam intelligitur facta quoad ea per quæ adequatum deſineret eſſe id quod erat, & ſic equiparatio legatorum, & fideicommiſſorum non intelligitur facta quoad ea per quæ fideicommiſſum deſineret eſſe fideicommiſſum, & legatum deſineret eſſe legatum, ita infertur ex prædictis, & latius infra declarabitur maxime circa declarationem tex. in l. ij. C. communia de lega.

Ex prædictis infero ad reſolutionem illius articuli de
19 aſſumpto in ciuem † per omnia de quo late diſputant Alexand. & alij hic, & ad concordiam illarum deciſionum quæ uidebantur contrarie, nam quoad ea incommoda a quibus eximebatur ſolum de iure communi, clarum eſt quod tenetur, & in hoc omnes doct. conueniunt per tex. in d. l. ſi duo, & quia diſpoſitio, quæ poſt exequationem imponit onera ciuibus comprehendit hos, quod uere ſeu ficte, ſunt effecti ciues, ut dictum fuit ſupra ſed quoad ea onera a quibus eximebatur ex priuilegio ſpirituali diſtingue, aut in aſſumpto in ciuẽ propter hanc aſſumptionem aliquo modo deſinit eſſe illa qualitas ſeu cauſa propter quam ſibi priuilegium competebat, & tunc illud priuilegium amittet & ideo ſi ſibi competebat immunitas, quia forenſis, illam amittet, quia ſi uere uel ficte eſt ciuis, non poteſt dici proprie forenſis, & in his terminis procedit deciſio, Ange. in d. l. ij. § furioſis, & Bald. in d. l. quod fauore, & Paul. de caſt. in d. l. ſi duo, aut uero non deſinit illa cauſa, ſeu qualitas puta, quia competit priuilegium, quia ſcholares ſimpliciter, non quia ſcholaris forenſis, tunc non amittet priuilegium, & ita procedit deciſio Bald. in dicta auctentica habita, & doctrina Bart. in d. §. ſi emancipatus. Nam loquitur de eo priuilegio, quod competit ſcholari, ultra ciues, non ſcholaribus uti forenſibus. Nam quia remanet uere ſcholaris propterea remanet priuilegium, quia non deſinit cauſa propter quam priuilegium concedebatur. Et in præcedenti caſu uerba priuilegij, non poſſunt in eo, qui deſijt dici proprie ts de quo loquitur, uerificari l. iij. §. hæc uerba. ff. de neg. geſt. & quia ceſſante cauſa, & ratione &c. l. adigere § quamuis infra de iure patro. in hoc uero caſu, quia remanet proprie is, de quo loquitur priuilegium, & remanet cauſa propterea in eo etiam militabit priuilegium. Non ob. quod diſpoſita in ciuibus comprehendant etiam iſtum aſſumptum in ciuem quia fateor, ſed tamen dico, quod ita debet comprehendere ut propterea non uideatur derogatum priuilegio ſuo, quod per hanc aſſumptionem in ciuem non fuerat amiſſum ut dicebat Bar. in d. § ſi emancipatus, & hoc modo dicte deciſiones poſſunt ad concordiam reduci.

Circa ſecundum principale quando inducatur ade-
20 quatio tantum unius ad alterum † & quando reciproca. fac ex mente Bart. hic cum quo tranſeunt communiter alij, duas concluſiones, prima eſt quod ubi uerba ſimpliciter ſonant quod unum adequatur alteri, quod tunc ſolum ſimplex adequatio eius ad alterum inducitur non reciproca, allegat Bart. duo iura uidelicet l. princeps. ff. de ll. & l. maximum uitium C. de liberis pret. eſt etiam tex. in l. illud ff. de donatio. cauſa mor. & ideo non importabit quod aliquod tribuatur ei, cui ſit adequatio, ſed ſolum adequato, ſed contra hanc concluſionem Rui. opponit de doctrina Bart. in l. 1. C. de ſid. inſtru. lib x. inducendo ut hic per eum & pro ſolutione poſt Aret. quem refert dicit, quod dictum Bar. ubi eſt contra doctrinam Bar. hic, & contra tex in d. l. princeps, & propterea reprehendit Bart. Ego puto quod dictum Bart. ibi non contrarietur his quæ dicit hic. Nam Bart. ibi opponit contra d. l. 1. de l. 1. ff. de offic. procura. Ceſa. refert ſol. gl. ibi quod aliud ſit in procuratore fiſci; aliud in procuratore Ceſaris. Bar. reprobat, quia idem eſt in utroque per l. fiſcus §. fin. ff. de iure fiſci. ubi dicitur ꝙ omne priuilegium, quod habet fiſcus habet ratio Ceſaris & Auguſtæ, & ex hoc iſti

colligunt quod mens Bart. fuerit dicere, quod priuile-
gia quæ competunt priuato patrimonio Cæſaris ſint tri-
buta fiſco et ſi iſta fuiſſet mens Bart. bene contradiceret
his quæ hic dixit, ſed Bart. non poteſt ita intelligi, quia
ſic ſequeretur, quod eius intentio fuiſſet, quod in utro-
que procuratore, & Cæſaris, & fiſci uendente require-
retur ſpeciale mandatum, & hoc eſſet abſurdum, quia ſic
non eſſet in his aliquod priuilegium, cum idem ſit in pro
curatore cuiuslibet priuati. l. procuratorem uel actorem
C. de procura. & hoc modo nullum priuilegium Ceſaris
poſſet cenſeri tributum fiſco. Senſus igitur Bart. fuit,
quod ex quo priuilegium fiſci eſt, quod eius procurator ſi
ne ſpeciali mandato poſſit uendere, quod propterea idem
ſit in priuato patrimonio Ceſaris quod habet omnia pri-
uilegia fiſci, & ideo gloſ. ibi quæ dicebat, aliud in pa-
trimonio priuato Cæſaris reprobatur per Bart. non igi-
tur poteſt colligi quod eius intentio fuerit dicere, quod
priuilegia Ceſaris ſint tributa fiſco ſed potius econuerſo
dixit. & ſic concordat cum his quæ hic dixit. Ampliatur
iſta concluſio ut procedat etiam quod huiuſmodi ade-
quatio eſſet facta per omnia, ita eſt de mente Bart. et
aliorum hic, dum ita intelligunt text. noſtrum, & ſi op-
ponatur, quod illa dictio per omnia ſignificat perfectam
exæquationem. l. urbana §. pernoctare. ff. de uerb. ſigni.
ſed intelligendo quod nõ ſit perfecta adequatio, ita quod
rei, cui ſit adequatio, attribuatur id plus, quod eſt in ade
quato, huiuſmodi exæquatio non eſſet perfecta, quia unũ
excedit aliud ergo &c. Reſpondeo quod non deſinit eſſe
perfecta adequatio ex eo quod adequatum excedit in ali
quo id cui adequatur ut ſupra dixi.

Secunda concluſio Bart. eſt quod ad hoc ut inducatur
reciproca adequatio, ita quod id plus, quod habet unum
attribuatur alteri, & econtra, opus eſt quòd ad inuicem
adequentur, & ſi ad inuicem fiet exæquatio, tunc illud im
portabit, inferens ad .q. ſtatuti, quod nobiles adequen-
tur popularibus, & econtra ut hic per eum, quem ſequun
21 tur alij. Ex prædictis infertur † ad intellectum text. no
ſtri qualiter intelligi debeat exæquatio de qua loquitur.
Sunt tres intellectus primus Iacobi de Aret. quod debet
intelligi, quod uires legatorum ſint attribute fideicom-
miſſis, ſed Bart. & alij dicunt quod ſupine loquitur quia
uerba ſignificant oppoſitum, ſed an aliquo modo ſaluari
poſſit, ita quod non uideatur ſic ſupine loquutus ſtatim
dicam alius fuit intellectus Bart. quem approbant com-
muniter alij, quod ſenſus text. noſtri, ſit, quod iura fidei
commiſſorum attribuantur legatis non autem econtra,
& pro iſto intellectu adducit duo primũ ꝙ illud impor-
tat uis uerborum, ſecundum quia ſi diceremus, quod tex.
induceret, quod iura legatorum eſſent attributa fideicom
miſſis per uiam regule, ſequeretur, quod Iuſtinianus ſer
uiſſet nobis de uento in l. ij. C. communia de lega. Ter-
tius fuit intellectus. Cuma. quod text. noſter debet intel
ligi de exæquatione reciproca mouetur per text. in §. no-
ſtra autem inſtit. eod. Reſpondent doct. quod ibi erant
alia uerba. Adducit ſecundo text. in l. ſi res infra de le.
iij. ubi ius legatorum, quod pro eis detur actio, attribui
tur fideicommiſſo Bart. Reſpondet, fatendo quod hoc iu
re ſſorum ſunt attributa iura legatorum fideicommiſſis,
tamen dicit quod non ſunt attributa per uiam regule per
hanc legem ſed per alias .ll. fuerunt attributa, per uiam
regule uidelicet per d. l. i. tertio adducitur quod immo
de iure ſſorum eſſent attributa per uiam regule, quia ui-
demus, quod appellatione legatorum hoc iure ſſorum, ue
niunt fideicommiſſa .l. etiam fideicommiſſum. ff. de leg.
iij. per quod denotatur, quod iſto iure fideicommiſſa eſ-
ſent adequata legatis, quia hæc ratio equiparationis, eſt
illa, quæ facit, quod diſpoſitio de legatis uideatur etiam
eſſe de fideicommiſſis per regulam de qua in l. ſi quis ſer
uo perſuaſerit. C. de fur. per gloſ. ſi. ibi, & Bart. in l. quod
uero contra .ff. de legibus gloſ. in l. marcellus in princ.
ff. ad trebell. Ego etiam puto, quod text. noſter debeat
intelligi de adequatione reciproca, moueor, quia ſi per
alias .ll. ſſorum fideicommiſſa etiam ſunt adequata le-
gatis, ut omnes fatentur, certe Vlpia. author huius l. eſ-
ſet, tanquam diminutus, reprehendendus, ſi ſolum per
uiam regule uoluiſſet denotare adequationem legato-
rum ad fideicommiſſa, & non aliam fideicommiſſorum
ad legata, cum tamen hæc etiam eſſe inducta non ob. teſt.
in d. l. princeps &. d. l. maximum uitium. per quæ iura
Barto. & communiter doctor. reprehendunt iſtum intel-
lectum, quia dico, quod uerum eſt, quòd hæc uerba ha-
bent iſtum ſenſum quem dicit Barto. quando agitur de
inducendo eam exæquationem de nouo, ita procedunt di
cta iura. ſed in caſu l. noſtre non proferuntur hæc uerba
ad inducendum hanc adequationem de nouo, ſed ad ſigni
ficandum eam, quæ inducta eſt. Nam eſt natura regule,
ut de nouo nihil inducat ſed id quod iam diſpoſitum ſit,
breuiter enarret. l. prima. infra. de regul. iur. Dy. & Ioan.
And. in reb. eodem titul. in vj. Barto. in. l. prima. in-
fra. de reg. cato. & propterea debet denotare utram-
que adequationem, quia utraque fuerat inducta, quo-
niam magis debet attendi ſenſus propter quẽ uerba pro-
feruntur, quam ipſa uerba. l. iij. C. de lib. pret. & forte Iac.
de Are. quia exiſtimabat quod de iure ſſorum fideicom-
miſſa forent adequata legatis per. d. l. ſi res non econtra,
& quod regula tex. noſtri nihil de nouo diſponat, ſed e-
narret id quod iam diſpoſitum fuerat, quod propterea
ſolum poteſt hæc regula denotare adequationem fidei-
commiſſorum ad legata, & ſic non uidetur ita ſupine lo-
cutus, ueritas eſt igitur, quod hæc uerba habent ſenſum,
quem Barto. dicit ubi agitur de inducenda exæquatione
de nouo, ſed in tex. noſtro habent alium ſenſum, quia
non agitur de inducenda exequatione ſed de enarrando
eam quæ iam inducta eſt, & propterea debent intelligi
ſecundum exæquationes iam factas. eſſet uidendum de
quibus legatis ſeu fideicõmiſſis debeat intelligi, tex. no
ſter, & an omnis differentia per regulam tex. noſtri ſit
ſublata, an uero adhuc aliqua remaneat, quæ poſtea fue-
rit ſublata per Iuſtinianum in. l. ſecunda. C. communia
de lega. ſed de his dicetur. infra in glo. ſecundum Bar.
ordinem. Et per hæc ſunt expedita, quæ erant dicenda
in tex.

Glo. format tria contraria, contra tex. noſtrum. pri-
mum eſt, quia iſto iure ſſorum adhuc ſupererant quatuor
differentie inter legata, & fideicommiſſa quas glo. enu-
merat, & propterea, uidentur contra tex. noſtrum in quo
præſupponitur ſublatam fore omnem differentiam, & ad
illud primum contrarium glo. applicat tres ſolutiones ut
hic per eam Bart. proſequitur iſtud contrarium, & repro
batis alijs ſolutionibus glo. approbat primam diſtinguen-
do tamen, non tantum tria tempora, prout glo. uideba-
tur præſupponere, ſed quatuor tempora, ſed in eo, quod
præſupponit quod de iure. xij. tab. uerbum legare com-
præhenderet etiam fideicommiſſa reprræhẽditur per Iaſ.
hic. Tu dicas in hoc, ut dixi. ſupra in rub. tota igitur dif-
ficultas huius contrarij ſtat in iſta q. an de iure ſſorum
forent ſublate differentie quas gloſ. enumerat Barto. &
communiter doctor. concludunt, quod ſic, & quod Iuſtinia
nus in d. l. ij. & in. §. noſtra autem inſt. eo. ſolum declara-
uerit per regulam id, quod prius erat diſpoſitum. Cuma.
quem poſtea, aliqui Mod. ſecuti fuerunt, tenuit, quod e-
tiam iſto iure ſupereſſent iſte differentie, & iſta opinio
Cuman. uidetur contra tex. noſtrum. Nam ille due ſolu-
tiones ultime glo. nihil ſunt, ut etiam dicit Barto. dice-
re quod hæc non ſit lex Vlpia. ſed addita a Triboniano eſt
admodum erroneum, cum in digeſtorum libris nullibi
ponatur lex, quæ ſit edita ab ipſis cumpilatoribus, illud
etiam, quòd ſit aliquid detractum, uel additum a compi-
latoribus, quod detractum uel additum ſapiat nouitatem
ut dicebat Alcia. eſt diuinare, & contra ordinem ſerua-
tum a compilatoribus in compilatione digeſtorum nec
tex. in l. prima. §. ſed in hoc ſtudium. C. de uet. in. enu-
cle. quamuis dicat quod compilatores longam ſuperfluı-
tatem tollerent, & imperfectum replerent, non propte-
rea dicit quod detraherent id ſeu adderent, per quod ſen-
tentia immutaretur, & induceretur nouum ius, com-
munis opinio Barto. & aliorum dum attribuunt iuri ſſo-
rum, quod has differentias ſuſtulerit, incidit in aliud con
trarium de. d. l. ij. &. d. §. noſtra autem, in quibus Iuſti-
nianus attribuit hoc conſtitutioni per eum facte. Tu au-
tem

tem aduerte quia circa iſtum articulum, an ſint ſublate per .l. noſtram & etiam de iure hodierno ille quatuor differentiæ enumeratæ per gloſ. oportet primo uidere quid operetur .l. noſtra. Secundo quid ultra .l. noſtram induaerit .l. communia de leg. & §. noſtra autem inſti. eodem. tertio quid ultra .l. j. addat .l. ij. C. communia de leg. & §. ſed non uſque inſt. eodem. deinde inferemus ad queſt. quæ differentiæ ſint ſublatæ, & quæ remaneant, circa primum dico quod per .l. noſtram, & de iure
22 ff. orum † re uera omnes uires legatorum erant attributa fideicommiſſis, & econtra omnia iura fideicommiſſorum erant attributa legatis, & ſic erat reciproca adequatio. Tamé hic effectus quod dominium tranſeat ipſo iure in honoratum ſine opera, & miniſterio grauati, qui effectus eſt de eſſentia legati ut diximus ſupra in rubr. & qui effectus proprie denominatur legatum, non fuit attributus fideicommiſſo, quamuis ſit exequatio per omnia. Ratio, quia ſi hic effectus, quod dominium tranſiret ipſo iure ſine miniſterio grauati, attribueretur fideicommiſſo, deſineret dici fideicommiſſum, quia de ſubſtantia eius eſt, quod requiratur miniſterium grauati ad hoc ut poſſit dici fidei eius commiſſum, toto tit. de fideicommiſ. hære. inſtit. & de ſin. re. per fideicommiſ. relict. & dictum fuit ſupra in rub. Nec ob. ſi diceres, quod hoc attento exequatio non diceretur facta per omnia, quia reſpondetur quod exequatio quamuis facta per omnia, nunquam dicetur facta quoad ea per quæ adequatum deſineret eſſe id quod erat ut diximus ſupra. in tex. & ſi hic effectus, quod dominium ſine actu grauati tranſiret in fideicommiſſarium foret attributus fideicommiſſo deſineret eſſe fideicommiſſum ut ſtatim dixi, iccirco quoad hunc effectum fideicommiſſa non dicentur exequata legatis, &
23 propterea ſequitur quod per hãc exequationé † pro fideicommiſſis iſto iure ff. orum non competebat ſtatim rei uendicatio, ut dicebant plerique, & eſt magis communis opinio ut hic dicit Ripa, & ſatis probatur, quia hoc fuit inductum quod detur rei uendicatio pro fideicommiſſis per d. l. j. & per. d. §. noſtra autem, & ratio eſt, quia ſi ipſo iure non tranſit dominium nec etiam ipſo iure competet rei uendicatio, quæ requirit dominium, ſed ſecuta acquiſitione, & reſtitutione dominij tunc fideicommiſſario competet rei uendicatio, & hoc modo procedit opinio Rui. qui uoluit quòd competat rei uendicat. & in his terminis procedunt iura allegata per eum in l. herennius ff. de uſu. in l. ij ff. de publiciana, quia igitur per hanc exequationem factam per hanc .l. de iure ff. orum non fuerat inductum quòd eadem diſpoſitio ualeret in uim utriuſque hoc eſt legati, & fideicommiſſi, ſed quod fideicommiſſum ualeret, ut fideicommiſſum, ſed tamen quòd cauſaret omnes effectus, qui cauſantur ex legato præter illum, quod ad translationem dominij non requiratur actus grauati, quia per dictum deſineret dici fideicommiſſum, & iccirco non competebat ipſo iure rei uendicatio ſuperueniit. d. l. j. communia de legatis, quæ induxit
24 † quòd eadem diſpoſitio ualeat in uim utriuſque .ſ. legati, & fideicommiſſi, & propterea ex qualibet diſpoſitione competeret, & actio perſonalis, & in rem, uerum quia iſtud, quòd fideicõmiſſi diſpoſitio ualeret in uim utriuſque, non erat ex ſignificatione uerborum, ſed ſolum ex coniectura ta mente, ut dicit. text. in d. §. noſtra autem in his uerbis, & non uerbis, ſed uoluntatibus fauentes, & propterea contingebat aliquando uitiari diſpoſitionem, ex eo quia diſpoſitio non erat expreſſa quia altera, uidelicet diſpoſitio legati, non ſignificabatur per uerba, ſed erat tacita, prout in exemplo ſtatim declarando cir-
25 ca declarationem. d. l. ij. iccirco hoc fuit additum † per ipſam .l. ij. quòd per eadem uerba ſiue legatorum ſiue fideicommiſſorum ſignificetur utrumque ut ſit utraque diſpoſitio intelligatur expreſſa, ne contingat aliquando uitiari relictum, quia altera diſpoſitio foret tacita. ex prædictis ſequitur quòd non ſit facta equiparatio inter legata, & fideicommiſſa in eo in quo natura unius contrariatur naturæ alterius, & propterea legata dum adequantur fideicommiſſis non aſſumunt ab illis, quòd requiratur miniſterium, & opera grauati ad translationem dominij rei relictæ in honoratum, quia per id deſineret ualere in uim legati ſed tantum diceretur ualere in uim fideicommiſſi ſic dum fideicommiſſa adequantur legatis non aſſumunt hoc ab illis, quòd non requiratur miniſterium. & opera grauati, quia ſic deſineret ualere in uim fideicommiſſi, & dici fideicommiſſum, ex quo hoc eſt contra ſubſtantiam, & eſſentiam ipſius ut ſupra dictum fuit, nec ob. text. in d. §. noſtra autem, in eo quòd dicit, quòd in omnibus legatis una ſit natura & intelligitur etiam de fideicommiſſis. Nam reſpondetur, quod ſunt eiuſdem naturæ in ijs in quibus non contrariantur ſed in ijs, in quibus contrariantur, & ad inuicem repugnant, ſunt diuerſæ naturæ, ut uult text. in dict. l. ij. uerſ. & ſi aliquid contrarium, in alio etiam eſt difficultas, uidelicet in exemplificando caſum in quo relictum uitiaretur ea ratione quia uerba non ſignificarent utranque diſpoſitionem, ſed alteram tantum, & pro declaratione huius neceſſe eſt, quòd plenius attingamus intellectum. dicta l. ij. quia per hoc patebit reſolutio huius materiæ, & comprobatio prædictorum unde circa in-
26 tellectum dictæ l. aduertendum eſt † quia text. ille uult plura primum quòd ante dictã l. foret differentia inter uerba directa, & præceptiua, quæ olim ſignificabant legatum tantum, & uerba præcaria, quæ olim conſtruebant tantummodo fideicommiſſum ut colligitur ex illis uerbis & nobis audientibus hoc uentillatum eſt partibus hoc uerbum huc, & illuc lacerantibus, ſecundo text. uult, quod ante illam .l. propterea aliqua diſpoſitio redderetur
27 inefficax † quia intelligebatur pro legato tantum, uel pro fideicommiſſo tantum, quæ tamen ea ratione ſuſtinetur quia intelligitur eadem diſpoſitio pro utroque, ita uult text. expreſſe in uerſic. ſit igitur, & in uer. & nemo moriens, & in hoc eſt aliqua difficultas, nam uidetur præſupponere unum uidelicet quòd ante d. l. diſpoſitio legati, quæ non potuiſſet ualere in uim legati, ut ſuſtineretur non fuiſſet redacta ad intellectum, fideicommiſſi quod eſt contra text. in l. ſceuola. infra ad trebel. & .l. cum quis decedens .§ ſeiam. infra. de leg. iij. & not. per Bart. & communiter doct. in l. centurio ſupra de uulga. circa illam queſt. quòd ſubſtitutio directa quæ non potuit ualere in uim directe trahatur ad fideicommiſſariam, & ad hoc pauci aduertunt, & propterea ne text. ille uideatur contradicere communibus omnibus, & .ll. preallegatis debet exemplificari in legato relicto legatario quia poſito, quòd non potuiſſet ualere in uim legati, & propterea reduci debuiſſet ad intellectum fideicommiſſi, tamen quia fideicommiſſum non ſignificabatur per uerba, diceretur tacitum, & propterea in conſequentiam illius taciti, non poſſet intelligi aliud fideicommiſſum in perſonam hæredis .l. quidam cum filium. ſupra de hæredibus inſt. qué text. ita dicit Bal. in l. unica .C. ut actio. ab hæredi, & contra hæredes. Soc. ubi allegat plura, in l. hæredes mei. §. cum ita inſra ad treb. col. iij. & tamen ſi fuiſſet expreſſum fideicommiſſum in perſona legatarij in conſequentiam, etiam uideretur relictum ab ipſo hærede illi ſecundo fideicommiſ. l. ſi quis ſeruum. §. certum infra de leg. ij. l. unica. §. ſinant ſub conditione. C. de cad. toll. l. j. C. de his quæ ſub modo. l. ſi ab eodem infra de uſufruct. leg. declarat Bart. in l. fideicommiſſum. infra. eodem, & propterea in caſu prædicto caſu quo fideicommiſſum aliud tacitum relictum a legatario fuiſſet effectum caducum, uel quia repudiaſſet relictum ſibi factum, uel deceſſiſſet pendente conditione, it ſecundus legatarius non potuiſſet petere ab hærede fideicommiſ. ſibi relictum a legatario, quia ex eo fideicommiſſo tacito, non poterat inferri aliud tacitum in perſona hæredis, & iccirco fuit neceſſe ut in omné caſum ea diſpoſitio ſuſtineatur, quod uerba ſignificent utrunque, & legatum, & fideicommiſſum, ut ſic etiam quòd non poſſit ualere in uim legati, ſit tamen fideicommiſſum, etiam expreſſum, & propterea in conſequentiam poſſit ſubintelligi aliud tacitum in perſona hæredis, & ſic in omnem euentum etiam repudiant ipſo legatario, uel decedente ante euentum conditionis illud relictum ſit debitum ab hærede, & ex hoc manifeſte colligitur, quòd text. præſuppo-

nat, quòd ſit aliqua diſpoſitio quæ poſſit ualere in nim fi-
deicommiſſi, quæ tamen non poſſit in uim legati, ultimo
text. uult quòd aliquando quid conueniat fideicommiſſo
quod repugnet nature legatorum, ita apertiſſime text. in
illis uerbis, & ſi tale quid ſit quod non habet naturam le
gatorum hoc ei ex fideicommiſſis accommodetur, & in
illis uerbis, ubi autem quid contrarium in legatis, & fidei
cõmiſſis eueniat, hoc fideicommiſſo quaſi humaniori ag
gregetur, & ſecũdum eius dirimatur naturam & ex hoc
apparet, quæ fuerit neceſſitas inducendi, quòd ex eo-
dem uerbo inducatur uttunque quia adhuc eſt aliquid
contrarium inter hæc duo quod ita conuenit uni, quòd
alteri non poſſit conuenire, & ideo ſibi non fuerit attri-
butum nec potuerit attribui, apparet etiam manifeſte,
quòd inter hęc legata, & fideicommiſſa quæ ſignificãtur
per eadem uerba non ſit facta equiparatio in ijs, in qui-
bus natura unius repugnat alteri, & quòd aliud ſit dicere
quòd diſpoſitio ualeat in nim fideicommiſſi, & ſecundum
eius dirimatur naturam, aliud econtra, quòd ualeat in
uim legati, & ſecundum eius naturam dirimatur, tuta igi
28 tur inueſtigatio conſiſtet in hoc † quale ſit iſtud contra-
rium, quod conueñit nature legatorum, quod non conue
nit naturæ fideic. & econtra & in hoc dicas, iſtud eſſe id ſo
lũ, quia nature legatorũ cõuenit, quòd ipſo iure fiat tranſ
latiu dñij & non requiratur manus & opera grauati quia
hoc quòd requiratur manus & opera grauati repugnat na
ture legatorum, nam non poſſet antequam reſtitutio fie-
ret per grauatum dici donatio, quia non eſſet translatio
doni, nec etiam delibatio hæreditatis & poſt ipſam reſti
tutionem non diceretur donatio a defuncto relicta, ſeu
teſtamẽto ſed facta per grauatum, ex quo facta foret tranſ-
latio doni. hoc non poteſt attribui fideicommiſſo, quia
repugnat naturæ ipſius, nam ſibi conuenit quòd requira-
tur manus & opera grauati ad trãslationem dominij, to-
to titulo inſti. de fideicommiſ. hærede. & de ſin. re. per fi-
deicommiſ. reli. & per hoc, quòd translatiu dominij fiat
ſine opera grauati ipſo iure, ut ſic fideicõmiſſarius dica-
tur illud dominium habere a defuncto, non ab ipſo gra-
uato repugnat nature fideicommiſſi quia hoc modo non
diceretur commiſſum grauato, & propterea quo ad hoc
non eſt facta exequatio, et quando dominium tranſit di-
recto ſine opera grauati, diſpoſitio dicetur ualere in nim
legati, quando uero non tranſit directo dicetur honora-
tus illam rem habere ex cauſa fideicõmmiſſi, prout etiam
hoc eſt de mente. Bart. infra circa contrarium de liber-
tate quem alij ſequuntur, et ibi dicetur, eſt etiam text. in
l. penultima in principio. ff. ſi ſer. uend. ut infra dicam,
ex prædictis infertur ad illam quæſt. an quatuor differen
tię relate in gloſ. ſint ſublate per hanc exequationem de
qua in l. noſtra, nam quo ad primam uidelicet quòd per
fideicommiſſum non daretur actio, prout pro legatis di-
cendum eſt quòd ſic, † per text. noſtrum, non enim hoc
29 repugnat naturæ fideicommiſſorum et propterea di-
cetur ſibi attributum in hac exequatione, ſunt etiam
iura quæ hic allegant doct. quæ iſtud expreſſe dicunt,
in l. ſi res de leg. iij. in l. ſi a patre, in l. ex imperfe-
cto. infra. de lega. iij. cum concordant. de quibus per
Alexand. et ultra doct. eſt text. in l. ij. in uerſiculo fidei-
commiſſi actio. C. de his quæ ſub modo. eſt etiam text.
in l. ſi cui infra de conditio. et demonſt. dum ibi dicitur,
quòd in fideicommiſſo, quòd filius emancipetur, detur
officium iudicis, non autem petitio fideicommiſſi, quia
non continetur in eo commodum pecuniarium, ergo præ
ſupponit quòd pro fideicommiſſo detur actio, ubi conti-
neat commodum pecuniarium. Ad idem eſt etiam tex.
in l. filius. §. ſecundum uulgarem. infra. eodem ibi enim
præſupponitur, quòd in omnibus alijs fideicommiſſis
præter illud, quo quis cogitur emancipare filium gra-
uatus cogitur per uulgarem formulam, & propterea per
actionem, quia uulgaris formula ſignificat actionem. l.
uulgaris infra de furtis, & ad text. in l. pecunie. infra. de
uerborum ſignificatione per quem text. Dy. Bald. Raph.
in l. ij. communia de lega. & Alciatus hic tenuerunt,
quòd non actio, ſed officium iudicis pro fideicommiſſis
cõpeteret, Solutio eſt uel prout dicit Alexan. hic quòd

intelligatur de officio iudicis, quod datur fideicommiſ-
30 ſario uniuerſali ad cogendum hæredẽ quod adeat. † Nec
obſtat quod eſſet reſtringere illum text. non dicit quod
pro fideicommiſſis ſolum competat perſecutio extraordi
naria ſed dicit, quod ſunt perſecutiones extraordinariæ fidei
commiſſorum, & exemplum erit caſu quo competit offi
cium iudicis. puta in caſu prædicto, & quãdo petit ſibi ca
ueri. Et ideo non infertur. quod text. ob id neget, quin
pro fideicommiſſis detur actio, quamuis dicat, quod per
ſecutiones extraordinarie ſint in fideicommiſſis, uel dici
poteſt quòd illud uerbum perſecutiones extraordinarie
31 non ſignificant officium iudicis ſed ipſam † actualem di
ſcuſſionem, quæ fit in iudicio, quæ dicitur perſecutio &
ita intelligitur tex. in l. actio in perſonam. ff. de ac. & obl.
dum dicitur perſecutio in rem, & in perſonam. ita etiam
intelligitur tex. in l. actionis uerbo. ff. de uerb. ſig. dum
ibi dicitur, quòd actionis uerbo perſecutio continetur,
nam intelligitur de ipſa actuali diſcuſſione, quæ etiam
denominatur actio ut in. cap. forus, de uerb. ſigni. eſt tex.
in l. omnes. C. de donatio. quæ ſub modo in his uerbis
condictitie actionis perſecutionem, & in l. item eorum.
§. ſed ſi. ff. quod cuiuſ. uni. nomine, late alias declara-
ui in l. poſtquam. C. de pact. & in l. naturaliter. §. nihil
commune. ff. de acquirenda poſſeſſione & tanto magis ſua
detur ex text. illo quia præſupponit eſſe perſecutiones or
dinarias, & extraordinarias, & propterea illud uerbum,
perſecutio, aliud ſignificabit quam officium iudicis, quia
non diſtinguitur inter ordinarium, & extraordinarium,
& propterea ſenſus text. erit quòd per hoc nomen actio-
nis denotabitur actio in perſonam, per uerbum petitio-
nis actio in rem, per uerbum perſecutionis actiones, qua-
32 rum perſecutiones ſint extraordinarie. quare † nudo
perſecutio fideicommiſſi dicitur extraordinaria. Re-
ſpondetur, quia in ipſis fideicommiſſis non attenditur ſi-
gnificatio uerborum, ſed per coniecturas proceditur, &
ideo dicitur extra ordinem diſcuſſio ipſa cum per conie-
cturas procedatur, quare denominatio perſecutionis ma
gis conueniat actionibus habentibus extraordinariã per-
ſecutionem ſeu diſcuſſionem quam habentibus ordina-
riam. Reſpondetur, quod nomina actionum debent de-
notare formã & ordinem iudiciorum. l. edita. C. de eden-
do. ubi dixi, & alias latius declaraui in rubri. ff. ſi cer. pet.
& cum nomen actionis non poſſit denotare formam, & or
dinem illius iudicij, ſeu perſecutionis extraordinarie,
ideo utimur iſto nomine, ad denotandũ quòd diſcuſſio ſeu
perſecutio, ſit extraordinaria, in ordinarijs uero non uti
mur iſto nomine, quia habemus nomẽ actionis per quam,
forma & ordo iudicij poteſt denotari ad l. extat. C. de
compenſa. ſolutio eſt quòd ratio dubij in illo text. non
erat ex eo, quòd pro fideicomiſſis non competeret actio,
ſed officium iudicis. ſed ratio dubij erat, quia ſicut in fi-
deicommiſſis, non fit executio ipſo iure, quoniam requi-
ritur actus & opera grauati, propterea nõ uidebatur, quòd
de eo fieret compenſatio ipſo iure, & text. decidit quòd
tamen ex equitate ſit admittenda dicta compenſatio, ut
ibi dicitur.
Circa aliam differentiam, quòd ab inteſtato non poſ-
ſit legari, ſicut poteſt fideicommitti difficultas reduce-
33 tur ad hoc, an diſpoſitio defuncti ex cauſa inteſtati † ha-
beat uim & effectum legis, ita quòd executio fiat ipſo
iure, prout habet diſpoſitio facta in teſtamento, nam ſi
diſpoſitio ex cauſa inteſtati, non habet uim & effectum
legis. ita quòd executio fiat ipſo iure, non poterit ua-
lere in uim legati quo ad id, quòd directo ipſo iure
tranſeat dominium in legatarium ſine actu, & opera gra-
uati, ſi uero dicimus quòd habeat uim & effectum le-
gis, & quòd habeat executionem ipſo iure abſque actu
grauati, ualebit in uim legati, & licet docto. hoc non
declaret, tamen ego dico, quod ſolum diſpoſitio de-
functi facta in teſtamento habetur pro lege, ita loqui-
tur text. in § diſponat. in auctentico de nupt. hoc autem
non reperitur deciſum in diſpoſitione, in cauſa inte-
ſtati, immo reperitur deciſum oppoſitum, quia ipſo iu-
re poteſt dari libertas, ex diſpoſitione facta in teſtamen-
to, uel in codicillis teſtamento confirmatis, non ta-

men poteſt dari ipſo iure libertas ex diſpoſitione in cau
ſa inteſtati,ſed requiritur manumiſſio hæredis, ut eſt ca-
ſus in.l. libertas la.ij. infra. de manumiſ. teſtamento. &
propterea ſequitur quod non poteſt diſpoſitio inteſtati
operari translationem dominij ipſo iure, ſicut non poteſt
id operari diſpoſitio inter uiuos.l. traditionibus.C. de
pactis, & propterea ſequitur quod relictum ex cauſa inte
ſtati, non poterit ualere in uim legati, quo ad hunc effe-
ctum translationis dominij ipſo iure, & propterea circa
propoſitam queſtionem an dicta differentia ſit ſublata.
34 † Reſpondetur quod uerum eſt,q ſic uidelicet quòd ſic po
teſt fieri diſpoſitio legati,ſicut fideicommiſſi in cauſa in-
teſtati,& ita procedat communis opinio,tamen non pote
rit nec fideicommiſſum, nec legatum in cauſa inteſtati
operari hunc effectum translationis dominij ipſo iure,ſi-
ne actu grauati,& ſic quòd habeat affectum legati,quo ad
hoc,& hoc modo procedat opinio contraria,quam tenue
runt Cuma. Rui. Alciat. & plerique Mod.& ſic intelligi-
35 tur tex.† in.d.§. præterea. inſtit. de fideicom.hæred.dum
in eo dicitur, quod ab inteſtato non poteſt legari, nam in
telligitur quo ad iſtum effectũ translationis dominij ipſo
iure, qui eſt proprius legati, ſic diffinitio legati, quòd ſit
teſtamento relicta donatio, quia intelligitur quoad hunc
effectum translationis dominij ipſo iure,hac ratione,reli
cta ab inteſtato dicuntur fideicommiſſa, ut in.l. quia au-
tem ſupra ſi quis omiſ. cauſa teſt.& in.l. filius familias.§.
j. infra ad. l. fal. cũ pluribus alijs ſimilibus, quod ex ipſis
non poteſt induci hic effectus translationis dominij, ipſo
iure, qui eſt proprius legatorum, & propterea uerum eſt,
quòd ubi appareat,quòd quis uelit ex ſua diſpoſitione do
minium transferri ipſo iure ſine opera, & actu alterius
quia hoc non poteſt induci, niſi ea diſpoſitio ſiat in teſta-
mẽto,ut dictum fuit ſupra,ſumitur coniectura,quòd quis
uelit teſtari, & ita procedit & loquitur text.in.l.illud.§.
tractari ſupra de iure codicil. nec p hoc poteſt dici quòd
ſit differentia inter legatum,& fideicommiſſum,quia ſiue
ab inteſtato relinquatur legatum, ſiue relinquatur fidei-
commiſſum,tantundem erit, quia ex neutro ipſorum hic
effectus translationis dominij ipſo iure induci poterit.
36 † Similiter circa aliam differentiam, quòd a legatario
non poſſit legari ſed per fideicommiſſum relinqui,eſt ali-
qua difficultas quia communis opinio eſt, quòd ſit ſubla-
ta.plerique tamen,ut Cuma.Arc.Alci.& quidam alij Mo
der. tenuerunt quòd iſto iure fforum, non eſſet ſublata,
ſed tamen ſit ſublata per.l. ij. C. commu. de lega. & tex.
in.d.§. ſed non uſque inſt. eo.Rui. uero hic tenuit, quòd
etiam de iure hodierno remaneat hæc differentia. Reſo-
lu. huius difficultatis quãuis doctores non declarent,de-
pendet ex hoc, an ex ea diſpoſitione relicta a legatario,
dominium ipſo iure tranſeat a primo legatario in ſecun-
dum, nam ſi teneamus, quòd ſic,nihil obſtabit,quominus
poſſit ab iſto legatario relinqui legatum, quod ualebit in
uim legati,etiam quo ad iſtum effectum translationis do
minij,ſine opera & miniſterio grauati. Si uero non pote-
rit ipſo iure ex primo legatario transferri dominium in
ſecundum, nullo modo diſpoſitio ualebit in uim legati,
quoad hunc effectum translationis dominij ipſo iure. Mo
do circa hoc, an ex primo legatario poſſit ipſo iure tran-
ſire dominium in ſecundum, ſunt opiniones, nam Ale-
xand. poſt Imo.quem refert infra ead.l.col.viij. quem ſe
quitur Iaſo. ibi,renuit quod non tranſeat ipſo iure,eſt ne
rum, quòd plerique quos referunt Iaſ. & Rui. ibi, tenue-
runt, quòd ipſo iure tranſeat, tamen opinio Alexan. eſt
uerior, & eſt de mente Bart. in colu.iij ad ſi. ut ibi dice-
tur. præſuppoſita igitur iſta opinione, ſequitur reſolutio
huius difficultatis,& concordia iſtarum opinionum,nam
indubitanter uera erit communis opinio, uidelicet quod
ſit ſublata iſta differentia, & quòd nulla erit differentia,
an a legatario relinquatur legatum,an relinquatur fidei-
commiſſum, quia ſemper tantundem operabitur unum,ſi
cut alterum. tamen dico quod ex neutro ipſorum,ſiue ſit
legatum, ſiue ſit fideicommiſſum, cauſabitur hic effectus
translationis dominij ipſo iure,ſine miniſterio & actu pri
mi legatarij,a quo relictum fuit, & ſic neutrum ipſorum,
quo ad hunc effectum translationis dominij ipſo iure, ua

lebit in uim legati, & in his terminis procedit contraria
37 opinio, & tex. † inſti. de ſing. reb. per fideicom. relic.§.j.
procedit in iſtis terminis,quòd non poſſit legari a legata
rio uidelicet quoad iſtum effectum translationis domi-
nij ſine miniſterio grauati, propter quem effectum illa di
ſpoſitio denominabitur legatum, & hæc eſt ratio quare
dicatur, quòd non poteſt legatario legari, non quin ua-
leat diſpoſitio legati, ſed quia nõ poteſt habere effectum
legati,& re uera, illa uerba, non poteſt a legatario legari
non habent alium ſenſum,niſi quod nõ poteſt fieri, quod
a primo legatario in ſecundum ipſo iure tranſeat domi-
nium,& propterea dico quod etiam illud procedit,de iu-
re hodierno, quia tex. ille loquitur per uerba præſentis
temporis, nec ſatisfacit ſolutio aliquorum, qui dicunt,
quòd aliquando uerba præſentis temporis exponuntur
in præteritum.l. ſi cum dies in prin. cum glo.ff. de ar-
bi. nam hoc admitto, quòd ſignificet præteritum, ta-
men nego quòd ita includat præteritum, ut excludat
tempus præſens, ſed ita quòd cum præterito includat
etiam tempus præſens, ita loquitur.d.l. ſi cum dies in
prin. cum glo. & quia non reperitur deciſum de iure no-
uo, quòd dominium ipſo iure tranſeat a primo legata-
rio in ſecundum ut dictum eſt. non obſtat text. in.d l.ij.
in fin. in eo quod dicit, quòd ſi fideicommittatur legata-
38 rio, quòd etiam illud intelligatur legatum † quæ lex ui-
detur multum urgere. nam uult quod illa diſpoſitio ua-
leat et in uim legati,& in uim fideicõmiſſi,quamuis ſit re
lictũ a legatario,nec poſſumus dicere,prout dicebat Rui.
hic, quòd ſenſus text. ſit q ſit fideicõmiſſum in quo ſunt
omnia,quę naturaliter inſunt legatis,quia text.foret ſu-
perfluus,diſponẽdo quod intelligatur legatũ,quia abſque
eo, quod iſtud diſpoſuiſſet, & ſolum ualeret in uim fidei-
cõmiſſi,ſeu ſolũ fideicõmiſſum intelligeretur,tñ haberet
omnia quę naturaliter inſunt legatis. Nã uera ſolutio eſt,
quòd licet lex dicat, quod ſi fidei legatarij cõmittatur q
etiã intelligatur legatum,non propterea dicit,quod intel
ligatur legatũ a legatario, propterea ego intelligo, quod
tex. uelit,ut intelligatur legatũ ab hærede,nã debes ſci-
re,quod ubi fideicõmiſſũ relictũ ſit a legatario illud etiã
dicitur relictum ab hærede.l. ſi quis ſeruum.§. certam,&
quòd ibi no.infra de leg.ij.l.unica.§.ſin autem ſub condi
tione.C.de cadu tol.l.ſi ab eo.infra.de uſufru leg. Bar.in
l.fideicommiſſa.infra.eo.ita quòd ſenſus tex. erit, quòd
ualebit in perſona hæredis,& in uim legati,non autem q
in perſona legatarij primi ualeat in uim legati quod e-
tiam perſuaderi poteſt, nam dum loquitur de fideicom-
miſſo,expreſſit perſonas à quibus dici poſſit relictum,ui-
delicet perſonam hæredis ſeu legatarij, ſed dum loqui-
tur de legato,nunquam exprimit perſonas,à quibus illud
uideatur relictum,nam perſuadetur id fore factum ea ra-
tione,quia non poteſt intelligi relictum ab alio,quam ab
hærede.non obſtat tex. in.l.j. in b. communia de leg. in
eo quòd dicitur ibi,quòd actio in rem extenditur etiam
aduerſus legatarium,à quo ſit relictum fideicommiſſum,
& propterea uidetur præſupponere, q in fideicommiſſa-
rium tranſeat dominium ipſo iure,quia ſine dominio nõ
competeret rei uendicatio l.in rem. ff. de rei uend. nam
ſolutio eſt quod debet intelligi de actione in re utili
prout intelligit Bart. in.d §.certam, quæ non præſuppo-
nit directum dominium in agente, uel poteſt intelligi,
quòd in rem actio non competat ipſo iure,ſed ſecuta reſti
tutione,ſaltem facta primo legatario. de hoc tamen an
omni caſu quo competat rei uendicatio ex relictis ulti-
marum uolũtatum, præſupponatur,quod dominium tran
ſeat ipſo iure in legatarium,infra dicetur ſecundum or-
dinem Bart.
39 † Circa ultimam differẽtiam quod non poſſit poſt mor
tem legari,ſicut poterat fideicommitti. § poſt mortẽ in-
ſti.eo.communiter doct.concludunt,quòd ſit ſublata iſto
iure fforum,hæc communis eſt uera,pro qua uidetur ca-
ſus,quem etiam plures Mod allegant in.l.hęres meus.in-
fra.de cond & demon.nec procedit ſolu. quorundam re-
petentium hic,q in caſu. d.l.ſolum conſerebatur execu-
tio poſt mortẽ,non aũt poſt mortem legabatur,nã cum ſit
conditionale legatum, ut ibi dicitur,ſequitur quod diſpo
ſitio

ſitio legati ſit collocata poſt mortem, quia ante euentum conditionis, legatum non dicitur eſſe in rerum natura l.i. infra de regu.catho.& uerbum dato, non ſolum eſt executiuum, ſed etiam diſpoſitiuum, quando non eſt aliud verbum diſpoſitiuum l. quibus diebus §. quidam titio infra de condit. & demonſtrat.l. ſi ita legatum in prin.& § i. & l ſi fundum §.ſtichum infra eod.& dixi ſupra in rub.difficultas eſt reſpondere ad text.in d.§.poſt mortem, & in l. unica C.ut actio. ab hæred. contra hæred. in l. ſcrupuloſam C.de contrahen.& commit.ſtip.in quibus.ll. Iuſtinianus atteſtatur, quòd hanc differentiam ſuſtulit,& propterea infertur,quòd ante Iuſtinianum dicta differentia militaret. & per hæc iura. Rui. & Alcia. tenuerunt contra communem. Vera ſolutio eſt, quòd propter id non ſequitur, quin ante Iuſtinianum fuerit ſublata, ſed hac ratione id ſibi attribuit Iuſtinianus, quia plenius & clarius hoc diſpoſuit, quam ſolutionem ſenſerunt plures hic,& plura ſimilia adducit Cro. ad hoc propoſitum. Tu potes addere quia in §.poſthumu inſtit.eo.Iuſtinianus atteſtatur, quòd quia de iure antiquo poſthumo alieno inutiliter legabatur in hac parte, non tantum in hæreditatibus, ſed etiam in legatis & fideicõmiſſis medetur,& tamen in fideicommiſſis, iam per alias.ll.hoc fuerat inductum, ut in l penultim.infra eod.ſic idem Imperator.in d.l.ſcrupuloſam dixit, quòd ſuſtulit illam dubitationem, ſeu inquiſitionem ueterum, in relictis in teſtamento, legati uel fideicõmiſſi nomine poſt mortem, & tamen in fideicõmiſſis iam iſtud fuerat inductum, ut dicitur in d. §. poſt mortem, & hoc contingit ſepe, ea ratione, quia nullam aliorum conſtitutionem de eo, in ſuo Cod. reſeruauit, præter ſuam, in qua de hoc, plenius diſponat. quæ autem fuerit ratio huius differentie.

40 † Reſpondet Iaſon. hic, id eſſe, quia cum obligationes debeant cohærere oſſibus, eius, qui debet obligari l. quis ergo caſus in ſi. ff. de pecu. glo. no. in l. iij. in prin.ff.pro ſocio, propterea lex habuit pro abſurdo, quod obligatio legati deberet ſuſcipi poſt mortem hæredis, & ideo fuit appoſita regula, quod actiones, & obligationes non poſſent incipere ab hæredibus grauati d. l. unica d.l. ſcrupuloſam. Hæc ratio non eſt bona. quia non adaptatur ad caſum, quando dictum eſſet pridie, quam moriretur hæres, uel legatarius, quia eo caſu incipit obligatio in perſona grauati, & tamen annullabitur. præterea præſupponit, quod ſi foret ſtipulatio conditionalis,& conditio purificaretur, poſt mortem promiſſoris, quod redderetur inutilis, quia nõ potuiſſet incipere obligatio in perſona obligati, quod tamen contra tex. in §.ex conditionali inſt. de inutt.ſtip.ſic præſupponitur eſſe in legato conditionali, quod decedente hærede ante euentum conditiones extinguatur, quod tamen eſt contra text.in d.l.hæres meus & tex. in d.l.unica §.ſin autem ſub cõditione C.de cadu.tol. ubi habetur, quod ſolum redditur caducum decedente legatario ante euentum conditionis, non autẽ decedente hærede. Iccirco dicas rationem differentiæ prædictæ fore, quia in legatis inſpiciebantur uerba,& diſpoſitio reſtringebatur, ad limites uerborum, in fideicommiſſis uero inſpiciebatur uoluntas, & diſpoſitio extendebatur iuxta amplitudinem uoluntatis, quæ ratio manifeſte colligitur, ex.§.ſed non uſque inſtit. eodem, & ex.d.l. unica. in his uerbis, ne propter nimiam uerborum ſubtilitatem, latitudo uoluntatis impediatur,& ex.§.poſt mortem inſtitut.de inuti.ſtipul. in his uerbis, ſed cum, ut iam dictum eſt, ex conſenſu contrahentium ſtipulationes ualent, nam datur intelligi quod inſpectis uerbis, foret annullanda, inſpecto conſenſu foret ualida. Quæ autem ſit ratio, quod inſpectis uerbis foret annullanda,& inſpectu cõſenſu, foret ualida. dicas quod ſit, quia debemus inſpicere in diſpoſitionibus, in quibus ſolum uerba attendebantur, illam rationem ſeu cauſam, quæ ex uerbis ſignificabatur, & propterea uidebatur, quod in legato relicto, poſt mortem hæredis ſeu legatarij uel pridie quam moreretur, quod ex uerbis ſignificaretur, quod mors alterius prædictorum daret cauſam huic legato, quia conditio eſt loco cauſæ l.a titio.ff.de uerbo.obliga.& quia iſta cauſa uidebatur improbabilis, quia uidebatur, quod propter uotum & deſiderium mortis alterius, facta fuiſſet illa diſpoſitio legati, hoc reſpectu non ualebat, argumento eorum, quæ habentur in l.ſi.C.de pact.ſed in diſpoſitionibus, in quibus magis attenditur uoluntas, quam uerba, cõditio mortis alterius non uitiat, ex quo coniecturari poteſt ex uoluntate, quod aliud dediſſet cauſam legato quam mors illius hæredis, ſeu legatarii, quæ omnia latiſſime probantur ex iis, quæ dixi in l. gallus in principio ſupra de libe. & poſthum. uel dicendum eſt, quod ex quo non poteſt fieri executio legati, eo modo quo per uerba ſignificabatur, quia impoſſibile erat, quod hæres grauatus daret, poſt mortem, uel pridie quam moreretur, uel daret legatario poſt eius mortem, uel pridie quam moreretur, quod propterea uitiabatur legatum, tanquam impoſſibile, prout uitiatur tanquam impoſſibilis, illa ſtipulatio, promitto hodie dare carthagine §.loca.inſtitutio.de uerborum obligatione. ualet tamen attenta mente, quia actum uidetur, quod ab hærede hæredis detur legatario, ſeu hæredi ipſius legatarij,& ſic, licet executio ſignificata per uerba ſit impoſſibilis nõ tamen eſt impoſſibilis illa executio, quæ uenit ex mente præter & ultra ſignificatum uerborum, de quibus tamen rationibus dicas, ut latiſsime ſcripſi in d.l. gallus. in principio.

Circa contrarium de libertate, quia gl. præſupponit, quod non ſit differentia inter directam, quæ competit ex legato, & fideicommiſſariam libertatem, quæ competit ex fideicommiſſo, & communiter repræhenditur per docto. poſt Bart. per iura allegata per ipſum, & allegata
41 per Alexan. reuocatur in dubium hæc quæſtio, † an ſit differentia, inter legatum libertatis,& fideicommiſſum. Nos examinabimus iſtam quæſtionem, poſtea dicemus aliqua circa ea. quæ Bart. incidenter præſupponit in reſolutione huius articuli. Quia circa hanc quæſtionem. cõmuniter omnes docto. antiqui, & etiam Mod. poſt Bar. tenuerunt quod ſit differentia, nam dum dicitur extare differentiam inter directam & fideicommiſſariã libertatem, præſuppoſuerunt, quod ea differentia ſit inter legatum & fideicommiſſum libertatis, tanquam quod ex legato cenſetur directa, ex fideicommiſſo, fideicommiſſaria libertas, Rui. uero hic uidetur uelle differentiam non eſſe, inter legatum libertatis, & fideicommiſſum, quia ſecundum eum, ex utroque conſtituitur ſolum fideicommiſſaria libertas ſed differentiam eſſe, inter directam,& fideicommiſſariam libertatem, & propterea præſupponit libertatem directam differre a legataria, nam hæc directa appellatur teſtamentaria manumiſsio, ut ff. & C. de teſt. manu. & diffinitio legati non conuenit directe libertati, nam non eſt præſtanda ab hærede, ſic licet legata non ualeant, ubi hæreditas non ſit ſoluendo l.ſi.infra eo. titu. & per Bart. infra ead.l. ualet tamen libertas directa l.i.C. qui manu. non poſ. Nec poſſumus dicere, quod ſit fauore libertatis, quia ſi eſſet fideicommiſſaria, non ualeret l.ſi. C.qui manu.non poſ.ſic appellatione legati nunquam uenit libertas, ſed debet haberi ſpecialis mentio de ea l.traditum infra de condi. & demonſtra.l.uerbis legis in prin. infra de uerbo.ſignif.l.imperatores.ſupra de trãſac. uult etiam quod ex legato non inducatur directa, nec competat ipſo iure libertas ſicut nec ex fideicommiſſo, uerum quod ex utroque competat fideicommiſſaria libertas. Hanc etiam opinionem tenuit Alcia.& prius, eam tenuit Cuma. quem etiam ipſi referunt, ſed non bene dicunt, quia etiam per uerba legatorum, uidelicet, lego, uel do libertatem, inducitur directa libertas, quia per hæc uerba non rogat, quod per alium ſeruus manumittatur, igitur erit libertas directa §.pen.inſt.de ſing.re.per fideicomm. relic.uidetur etiam text.in l.ſi.C.de co.ſer.manu.& licet tex.ibi non dicat, quod fiat liber ipſo iure, tamen ſaltem præſupponit, quòd ſi fuiſſet teſtatoris inſolidum quod ipſo iure foret liber. nam gloſſ. etiam præſupponit, quod oblato uel præſtito precio pro parte alterius domini, fiat tunc totus ſimul liber, quia ante non potuit eſſe liber pro parte nec obſt.quod in teſtamento, teſtator uideatur dare libertatem,& manumittere, quia etiã in legatis dicitur donari. & ea dicitur facta a teſtante, ut patet ex diffinitione legati, non ob. quòd dicatur libertas dire-

cta

42 cta † non legata, quia hoc eſt alia ratione, quam, quia dif-
ferant legata libertas, & directa, ut infra ſtatim dicam.
Vnde pro reſolutione debes aduertere, quod iſta quæ-
ſtio, an directa libertas a fideicommiſſaria differat, ſeu le-
gatum libertatis differat a fideicommiſſo, nõ pertinet ad
id, an aliud ſit, quod libertas capiatur de manu hæredis,
ſeu ualeat tantummodo in uim fideicommiſſi, an uero
competat iure directo in uim directi legati quia etiam in
hoc eſt differentia in alijs relictis, ut ſupra diximus, ſed
dubitatio quæſtionis, ad id reducitur, quare ea ratione
qua ſunt in omnibus relictis exequata uerba legatorum,
& fideicommiſſorum, ſic etiam non ſint exequata in reli-
43 cto libertatis. † Augetur dubitatio, quia etiam ante ade-
quationem uerborum, illa uerba. hæres meus dato, uel
damnas eſto dare, inducebant directum legatum, ut di-
ctum fuit ſupra in rubrica, ſed in libertate non inducunt
directam libertatem, ſed fideicommiſſariam, ut proba-
tur in.d.§. penul. & expreſſe concludunt Cuma. & Ale-
xan. fortius, licet alijs relictis, legatorum uerba habeant
intellectum fideicommiſſi, ſecus tamen eſt in relicto li-
bertatis, quia potius uitiatur relictum libertatis, quam
quod uerba directa libertatis reducantur ad intellectum
fideicommiſſi.l.ſi ſeruus legatus in.§.ſi ſeruus alienus in-
fra eo. titu. & quia ex dictis doct. non colligitur conclu-
dens reſolutio circa prædicta. Propterea pro reſolutio-
ne, ultra ea, quæ per alias dicſtur, debes aduertere, quod
licet per illam.l.ij.C.commu.de leg. ſint exequata omnia
uerba præceptiua, & præcaria, & alia directa, per quæ te-
ſtator diſponit, circa res principaliter, non circa perſo-
44 nam honoratam. † non tamen dicta exequatio pertinet
ad illa uerba, quæ dirigũtur ad perſonam honoratam, ut
circa ipſam diſponant, non uidemus quod non pertinet ad
uerbum, inſtituo, ſeu heres eſto, quia adhuc hęc uerba dif
ferunt ab alijs uerbis cõibus, ſeu obliquis, ut no in.l. cen-
turio, & in l. uerbis ciuilibus ſupra de uulga. & propte-
rea non pertinet ad hoc uerbum, liber eſto, quia dirigi-
tur ad perſonã ut circa illam diſponat, & propterea hoc
uerbum nunquam ſignificabit aliam libertatem, quam di
rectam, debes etiam ſcire, quod per d.l.ij. licet ſit indu-
ctum, quod quodlibet uerbum legatorum ſeu fideicom-
miſſorũ conſtituat utrunque, tamen hoc eſt, quãdo utrun-
que, poteſt induci, ſed ubi propter aliquam contrarieta-
tem utrunque non poſſet induci, quod tunc unum tantum
inducitur, uidelicet illud quod prius illa uerba antea ſi-
gnificabant, ſi eo modo poſſet ſuſtineri diſpoſitio, ſi uero
dicto modo non poſſet ſuſtineri, tunc ea diſpoſitio intel-
ligetur alio modo, & ſic iure fideicommiſſi, quia hæc in-
terpretatio eſt humanior, & per eam facilius diſpoſitio
ſuſtinetur, & hoc aperte uult tex. ibi. in uerſiculo ubi au
45 tem, debes etiam ſcire, quod nullum † uerbum in relicto
libertatis poteſt ſignificare utrunque, uidelicet legatum,
& fideicommiſſum libertatis, quia eſt contrarietas, nam
non poteſt eadem libertas eſſe directa, & fideicommiſſa-
ria, ut patet, nec poteſt eſſe in electione illius ſerui, an e-
ligat magis fideicommiſſariam, quia non poteſt directam
repudiare.l. fin.§.ſi uero C.de teſta.manu.l.ſi non.l. elia-
ſcentia.§.1. ſupra de hæred. inſti.§. ſi uero inſti. de hæ-
red. inſtit. & de hæredum qual. & diff.§.i.ex prædictis ſe
quitur, quod in quolibet relicto. ſi uerba de ſui natura ſi-
gnificabant directam, & diſpoſitio poſſit ualere in uim di
recte libertatis, quod intelligetur directa, ſiquidem non
poterit ualere in uim directe. tũc illa uerba ſignificabant
fideicommiſſariam, ut dicitur in.d.l.ij.uerſicu.ubi autem,
ubi uero uerba de ſui natura ſignificabunt fideicommiſſa-
riam, tunc intelligetur ſolum fideicommiſſaria, non au-
tem directa, propter contrarietatem ut ſupra dictum eſt,
& per hoc dico quòd illa exequatio uerborum, de quibus
habentur in d.l.ij. procedit etiam in relicto libertatis,
quia ſignificant, ſic unum, prout aliud. Tamen non ſigni-
ficant utrunque ſimul, propter contrarietatẽ, quod etiam
foret in alijs relictis, bene admitto, quod illud uerbum,
liber eſto, nullo modo admittit intellectum fideicommiſ
ſi. quia hoc non eſt adequatum cum alijs uerbis per d.l.
ij.& propterea dico, quod tex.in.d.l.ſi ſeruus legatus.§.ſi
46 ſeruus alienus † procederet, ubi libertas foret data, per
hoc uerbum, liber eſto, ſecus ubi per aliud uerbum dire-
ctum, quod principaliter diſponeret circa rem, puta, lego
libertatem, uel do libertatem uel libertatem habeas, ſeu
accipias, quia hoc caſu ſi non poſſet ualere relictum in
uim directe libertatis, diſpoſitio reciperet intellectum
fideicommiſſi, ſeu fideicommiſſarie libertatis, quia uerba
illud etiam ſignificant, quare modo in caſu.d.§. alienus,
uerba directa non trahantur ad obliquum, quamuis ſo-
lum ſignificent directum, alibi diximus, precipue in.l.cen
47 turio ſupra de uulga. quæ modo ſit ratio † quod uerba re
lata ad actum grauati, in alijs relictis ſignificent, natura
ſui, legatũ directum, & quod dominium tranſeat ipſo iu-
re, ſecus in relicto libertatis. Dicas ideo eſſe, quia actus
grauati, qui ſignificatur per uerba, repugnat directe liber
tati, propterea uerba non poſſint illam ſignificare, non ſic
in alijs relictis, ex quo ultra executionem iuris, in eo,
quod trãsfert dominium ipſo iure, requiritur etiam alia
executio hominis, per quam transfertur poſſeſſio, ut de-
clarat Barto. in.l. cum quidam. C. de conditio. inſer. &
quantum ad hæc uerba, poteſt conuenire ratio Ruin. ſed
hoc modo declarata. Quare modu libertas dicatur ma-
gis directa quam legata. Reſpondeo, quia habet effectum
uerborum, per quem diſponitur circa perſonam honora-
tam, non tantum effectum eorum uerborum, per quem di
ſponitur ſolum circa rem, nam licet dicatur lego liberta-
tem, uel accipias libertatem per hæc ita diſponitur circa
perſonam honoratam, prout circa rẽ de qua diſponitur,
cur etiam ſit, quòd appellatione legati non ueniat dire-
48 cta libertas. † Dicas, quòd non eſt ea ratione, quam dice-
bat Rui. hic, uidelicet, quia non eſſet legata, ſed quia per
legatum ſignificamus illam diſpoſitionem, per quam di-
ſponitur circa res principaliter, et propterea non ſignifi-
cat relictum libertatis directe, quia per illud equę princi
paliter diſponitur circa perſonam honoratam, & ſic eſt
aliud, ultra legatum, faciunt, quę diximus ſupra in rub.
circa uerbum legu. Deueniendo modo ad dicta per gl. &
49 Bart. primo Bart. intelligit † quòd gl. noſtra hic. & in §.
ſed non uſque, uelit quòd non ſit aliqua differentia, quo-
ad effectum inter directam, & fideicommiſſariam liberta
tem, & Bart. uoluit inducere quia dum glo. dixit, quòd
legata, & fideicommiſſa fraternizant, ut communes ha-
beant actiones, & effectum, & nomen, & poſtea uult quod
in nomine, ſaltem quoad uſum, ſic hodie differentia in fi-
deicommiſſaria libertate, quia ſibi conuenit nomen fidei
commiſſarie, non legatariæ, uidetur pręſupponere quòd
quoad effectum, non ſit differentia, & propterea quod ſi-
cut ex legato libertatis inducitur directa, ſic etiam ex fi-
deicõmiſſu inducatur libertas directa, & credo hanc fuiſ-
ſe mentem glo. licet aliqui Mod aliter dicant, ſed non
curo referre, bene uerum eſt quòd glo. in.d.l.ij.C. com-
munia de lega. non uidetur iſtud uelle prout in glo. eſt ea
litera, poteſt ergo dici incorrectum &c. Et ita intelligit
glo. ipſam do. Ripa, pro quo facit, quia ipſa glo. uult quod
ſiue ab hærede, ſiue a fideicommiſſario relinquatur fidei-
commiſſaria libertas, quòd non poſſit, ut liber, uendicare
ſtatim libertatem, in alijs uero relictis uult, quod non
tranſeat ex fideicommiſſo dominium ipſo iure, quando a
legatario relinquitur fideicommiſſum, & ſic uult. quod in
fideicommiſſo libertatis relicto ab hęrede non competat
libertas directa, quod ſecus eſſet ut ibi glo. præſupponit,
quando foret relicta per uerba directa ſed dum in glo. eſt
illa litera, poteſt ergo dici correctum prout habuit Bart.
glo. uoluit idem, quod glo. hic, dum poſtea Barto. dicit,
quòd glo. communiter ab omnibus Doc. repræhenditur
per tria iura, quæ idem Barto. hic allegat, quę iura pro-
bant, quod in fideicommiſſaria libertate ſeruus non ſit il
50 lico liber † ſed requiritur factum ſeu manumiſſio hære-
dis, ſeu legatarij, a quo fuit relicta. Eſt etiam alia diffe-
rentia iuris patronatus, quam ſtatim Bar. ſubdit. Eſt etiã
tertia differentia, quia in libertate relicta ſub diuerſis
conditionibus, ſi ſit directa attendatur leuior, ſi fideicom-
miſſaria nouiſſima.l. quod traditum, &.l. per fideicom-
miſſum infra de cond. & demonſtrat.l. in libertatibus.ff.
de manu. teſtamento ſic in directa libertate relicta ſub
conditione dandi, ubi hæres, cui dandum erat, recuſauit
acca-

accipere,non eſt opus amplius eidem date, quamnis uel-
let accipere.l.ultima.C.de condit.inſer. non ſic in fidei-
commiſſaria Bart. in l.cui fundus. infra de condit. & de-
monſtrat.ſic etiam dies, licet incerta, quando dummodo
certa an, indirecta reiicitur.l.ſi poſt mortem.§. fin. infra.
eo.licet aliud ſit in fideicommiſſaria.l.peculium in ſi. de
leg.ij.glo.& doc.maxime Aret.in.l.idem ſupra de vulga.
item rupto teſtamento per querelam debentur fideicom
miſſariæ,ſolutis xx.aureis pro quolibet ſeruo, ſed dire-
cta non,niſi in caſu,quando poſt quinquennium propone-
retur querela.l.papinianus.§.ſi.&.l ſeq.ff. de inoffic.teſta
51 mento omnes iſtæ differentiæ procedunt † ex eadem cau
ſa,quia aliud eſt,quòd valeat diſpoſitio in vim directæ.
Aliud quòd in vim fideicommiſſariæ hoc eſt,quòd liber-
tas competat ipſo iure,aut requiratur manumiſſio,ſeu fa
ctum alterius. Nam ex hoc in conſequentiam reſultat dif
ferentia iuris patronatus,quia debet originaliter induci,
in perſona eius,à quo procedit manumiſſio, & quia dire-
cta libertas non requirit factum alterius, propterea non
poteſt tolli per voluntatem tacitā, ſed ſolum per expreſ-
ſam,argum.l ex parte infra de adimen.lega.& ſic non po-
teſt per vltimam conditionem adiectam, tolli prima da-
tio libertatis,quia non poteſt tacite,& in conſequentiam
tolli,& tunc quia nulla ex conditionibus videtur per a-
liam ſublata,erit libertas data ſub pluribus conditioni-
bus alternatiue,in quibus electio eſt honorati.l.ſi hæredi
plures ſupra de condit.iuſti.tamen in ſeruo ius eligit pro
ipſo leuiſſimam cōditionem,fideicommiſſaria vero, quia
requirit factum alterius, propterea tacite per nouiſſimā
dationem poteſt tolli prima,à qua tacite videtur receſſū
l.ſicut.ff.de adimen.leg.ſic quia directe ipſo iure compe-
tunt,& libertates,quæ iam competierunt,non ſolent au-
ferri per reſtitutionem in integrum,ſit, quòd ubi habe-
tur conditio pro adimpleta, quia hæres noluit accipere
id,quod dandum erat,cauſa conditionis implendæ, pro-
cedat illa differentia inter directam & fideicommiſſariā
libertatem,de qua per Bart.in.d.l.cui fundus,ſic ſit,quòd
non poſſit competere directa,rupto teſtamēto per quere
lam. Nam quòd conſequatur libertatem,ſoluendo.xx.au
reos,contradicit directe,ea enim directa habetur ex te-
ſtamēto,& per ſolutionem.xx.aureorum,habetur ab hę-
rede ab inteſtato,inter viuos, non ex teſtamēto, ſed non
repugnant fideicommiſſariæ,quia illa habetur etiam ab
hærede, & ex manumiſſione inter viuos , ſolum ſolutio
xx. aureorum prodeſt directe, ad eius conſeruationem ,
poſt quam cepit competere, prout poſt lapſum quinquen
nij,vt dicitur in.d.l.papinianus.§.ſi.quia hoc caſu nō im-
pedit, quin ea ſit directa libertas,& ex teſtamento manu
miſſus,& propterea hæ omnes differentię remanēt etiam
de iure hodierno,quia procedunt in conſequentiam eius,
in quo, directa libertas contrariatur fideicommiſſariæ .
Quo vero ad aliam differentiam ſupra relatam. per rea.
in.l.ſi poſt mortem.§.ſi.infra.eo.&.l peculium in ſi. infra
tit.j.quia eſt multum dubia,vt patet ea dictis Aret. in.d.
l.idem.ſupra de vulg.pro nunc nihil dico,ſolum addo, ꝙ
tex.in d.l.ſi poſt mortem.§.ſi.loquitur caſu,quo ſeruus eſ
ſet legatus vni,qui non eſſet hæres inſtitutus, & propte-
rea neceſſe eſt,quòd per dationem libertatis directe,quā-
uis poſt tempus videatur ademptum ipſum legatum, & ef
fectum inutile,quia ipſum legatum contrariatur directe
libertati . Nam ſi tranſiret ſeruus in dominium legatarij,
non poſſet amplius eidem ſeruo competere libertas dire
cta , & propterea videtur , quòd reiiciatur illud tempus
adiectum libertati,quia ceſſat cauſa,propter quam præſu
mitur adiectum, videlicet fauor dicti legatarij, in fidei-
commiſſaria vero,quia legatum factum primo non con-
tradicit fideicommiſſariæ,quæ poteſt relinqui ab ipſo le-
gatario, propterea non tollitur legatum,& cum ſubſiſtat
fauor legatarij, propter quem fuit tempus appoſitum,pro
pterea tempus illud non remouetur , & ita procedit text.
in. d. l. peculium . §. fin. j.reſponſo,ſi tamen dixeris,qua-
re non amouetur tempus , in caſu , de quo ibi in fin. cum
tamen ſit directa , prout apparet ex illis uerbis, liber eſ-
ſe iuſſus eſt, & ex uerbo competit, dico rationē eſſe, quia
tempus non videtur adiectum in fauorem legatarij, tan-
quam legatarij tātum,ſed etiā in fauorem eius,tanquam
hęredis,quia legatum erat titio,qui fuerat inſtitutus pro
parte,quo caſu habet partem ſerui iure hæreditario:ita-
que etiam,quòd ceſſet legatum,non propterea ceſſat cau
ſa,& ratio,propter quam tempus fuit appoſitum directe
libertati,cogita tamen,quia hic non examino perfecte cū
non ſit locus ſuus.
Redeundo ad dicta Bart dum dicit,ꝙ ſolutio ſeu intel
lectus Dini,dum intelligit tex.noſtrū,ſolum in fideicom
miſſis pecuniarijs,non procedat,bene loquitur, quia hæc
differentia inter directam,& fideicōmiſſariam libertatē,
non procedit ea rōne,quia fideicommiſſum libertatis non
ſit pecuniarium,ſed alia ratione,vt ſupra dictum fuit.
Dum etiam Bart.refert intellectum Pet. dicētis quòd
tex.non debet intelligi de fideicommiſſis,in quibus cir-
52 cuitus erat inutilis † ſi ſenſus Pet. fuit,quòd non ſit facta
adequatio,quando is effectus, qui inducitur per directū,
non poteſt induci per fideicommiſſum ſed ſolum quando
illimet effectus,qui cauſare poſſunt per directum,cauſari
etiam poſſunt per fideicommiſſum.Pet.recte dixit,& eius
intellectus concordabit cum his quæ ſupra ego dixi. Nam
tunc hoc eſſe non poteſt alia ratione, quam quia ſit con-
trarietas,quia is effectus qui cauſatur,intelligendo diſpo
ſitionem iure legati,non poteſt cauſari,vbi illa intellige-
retur iure fideicommiſſi, quo caſu ceſſabit hæc adequa-
tio, quia alterum tantum poterit induci,vt probat text.
in d.l.ij.declarando,vt ſupra dixi, & intelligendo ſolu-
tionem Pet. dicto modo, non obſtabunt ea,quæ Bart. hic
adduxit contra Petr. quia vltra ea, quæ dicunt doct. di-
citur, quòd licet ſit vtilitas,an tranſeat recta uia, an ca-
piatur de manu hæredis. Tamen hæ omnes vtilitates e-
tiam poſſunt cauſari,intelligēdo,quòd diſpoſitio valeat
in vim fideicommiſſi, ſed Pet. loquitur, quando hæc uti
litas non poſſet cauſari,intelligēdo diſpoſitionem in vim
fideicommiſſi. Admitto etiam, quòd intelligendo ſolu-
tionem Petri prout Bar.intellexit,quòd eius ſolutio ſal
uari poſſet ab impugnationibus ipſius Bar. intelligendo,
quòd nulla eſſet vtilitas ex hoc circuitu,ex voluntate te-
ſtantis,ſeu ex legis diſpoſitione. Nā utilitates, quas Bar.
conſiderat non procedunt ex teſtantis volūtate,ſeu ex le-
gis diſpoſitione,ſed tamen eſt etiam vtilitas, quia ſi non
tranſiret dominium recta via,& deberet capi de manu hę
redis, fructus non deberentur, niſi à tempore moræ,ſecus
ſi tranſit ipſo iure,quia præcepti poſt aditam hæredita-
tem,quæruntur legatario.l.ſi tibi homo §.cum ſeruus in-
fra eod. tit. & quod ibi not. præterea ſequeretur, quòd
nulla foret vtilitas ante hanc exequationem , vtrum va-
leret in vim legati, & recta via tranſiret, an vero per fidei
commiſſum per miniſterium hæredis , quod tamen non
eſt dicendum, maxime propter acquiſitionem fructuum,
quæ procedit ex acquiſitione dominij , vt colligitur ex
nota. per Bart. in.d.l.in fideicommiſſaria.infra. ad trebell.
& firmat Rui.infra.in q. ſeq. de fideicommiſſo uniuerſa-
li. dum etiam Barto. ponit illam utilitatem circa reten-
53 tionem ſeruitutis reſultantem ex eo,† an legatum capia-
tur de manu hæredis,an tranſeat ipſo iure,per.l.papinia-
nus de ſeruit. &.l. ſi ſeruus titij infra. eo. Barto. uidetur
præſupponere,quod non obſtante quod dominium rei le-
gate tranſeat ipſo iure in legatarium , quòd tamen per
aditionem hæreditatis confunderetur ſeruitus, ſecundo
præſupponit , quòd non poſſet eſſe conſultum per reten-
tionē,circa primum gl.in.d.l. papinianus, &.d.l. ſi ſeruus
titij, tenuit quod non confundatur, quia dominium ipſo
iure tranſit in legatarium.l. a titio ff.de furtis,& propte-
rea eſſet opus intelligere, quod Bart. hic non loquitur in
legato puro ſed in diem , uel ſub conditione , quia tunc
omnino confunderetur ſeruitus per aditionem do . Ripa
hic, uult quod etiam in legato puro confundatur. Nos de
hoc dicemus unum uerbum circa illam queſtionem an do
minium tranſeat ipſo iure , circa ſecundum Imo. Alex.
& pleriquo Moder. reprobant Barto. ex quo licet tran-
ſeat dominium ipſo iure , non tranſit tamen poſſeſſio , &
quia eam habet neceſſe capere de manu hæredis , & pro-
pterea per retentionem rei poterit ſibi eſſe cōſultū,prout
etiā dicitur in.d.l.papinianus,&.d.l.ſi ſeruus titij,ſed ſal-
uan-

naudo Bar. dici poteſt quod intellexerit, quod ſit differen
tia, quia primo caſu, quando dominium tranſit ipſo iure,
ſolus hæres non poteſt illam ſeruitutem de nouo conſti-
tuere, ſed ſolũ poteſt medio exceptionis obtinere, quod
non cogatur reſtituere, quoad legatarius conſtituat ſibi
ſeruitutem, ut dicitur in. d. l. papinianus. ſed ſi hæres ha-
beret dominium in tranſlatione dominij ipſe ſolus poſ-
ſet ſeruitutem conſtituere, ſeu retinere. l. in tradendis. ff.
cõmu. præd. Et hoc eſt quod uoluit dicere Bar. & de hoc
ē caſus. in. l. pro. ff. ſi ſer. uẽd. Nam dicit ibi, quod ſi ex cau
ſa fideicõmiſſi hæres dat fundum, põt excipere ſeruitutẽ.
Dum etiam Bart. pro ſolutione huius contrarij de li-
54 bertate diſtinguit, intantio Bart. † eſt dicere quod fidei-
commiſſum poteſt operari, quod ius directo trãſeat, ſicut
operatur legatum in his, in quibus teſtator poteſt diſpo-
nere, quod directo tranſeat ſicut per obliquum, ſed in ijs,
in quibus teſtator nõ poteſt diſponere, quòd directo tran
ſeat fideicommiſſum non operatur iſtum effectum, quod
id quod relinquit teſtator directo tranſeat, ſed ſolum ope
rabitur, quòd tranſeat per obliquum, prout in re hære-
dis, ſeu alterius, relicta. l. ſi hęredis ſeruus. l. ſi quis inqui
linos. §. j. infra eod. l. non dubium. infra de lega. iij. & in
libertate relicta ſeruo alieno. l. ſeruo. C. de teſt. manu. l.
ij. § j. ſupra tit. j. & uult quod hac ratione libertas relicta
ſeruo proprio per fideicommiſſum, non acquiratur dire-
cto, quia ius patronatus, quod teſtator uoluit transferre
in hæredem, non potuit directo induci, declarando ut hic
per eum, ſolutio Bar. eſt uera, quia clarum eſt, quod his ca
ſibus in quibus teſtator nõ poteſt directo diſponere, quod
fideicommiſſum non poteſt habere hunc effectum legati,
ut directo trãſeat, ſed ſolum effectum fideicommiſſi quod
per obliquum. Nam hoc caſu eſt illud contrarium, quod
impedit, ne diſpoſitio poſſit habere effectum utriuſque, &
legati, & fideicommiſſi, ſed iſta ſolutio non tollit contra-
rium de libertate relicta ſeruo proprio per fideicommiſ-
ſum, quia poterat teſtator dare illam directo, ſicut per fi-
deicommiſſum, & propterea hæc diſpoſitio fideicommiſ-
ſi debet operari, quod directo tranſeat, ſi debet habere ef
fectus legati prout dicitur in. l. noſtra & §. ſed non uſque
inſt. de lega. dicere prout dicit Barto. quod licet directo
poſſit dare libertatem, tamẽ non poteſt directo conſtitue
re illud ius patronatus in hærede, non ſatisfacit, quia ius
patronatus non debuit haberi in conſideratione, quo-
niam non uenit principaliter, ſed in conſequentiam. l. ſi
quis nec cauſam. ff. ſi cer. pet. & etiam quia adhuc ſuper
eſt difficultas, quare magis uideatur uoluiſſe prouide-
re hæredi de iure patronatus. quando uſus fuit uerbis fi-
deicommiſſi quam legatorum in relicto libertatis. Nam
euitari non poſſet, quin adhuc ſit differentia inter hæc
uerba, propterea debes addere unum uerbum ad ſolutio-
nem Barto. & erit perfecta, & concordabit cum ea ſolu-
tione quam ſuperius diximus, ut dicatur ſic, quod ut fi-
deicommiſſum habeat effectum legati, quod directo tran
ſeat, requiratur ut poſſit diſponere, quod directo tran-
ſeat, ut præſuppoſuit Barto. adde etiam illud uidelicet
quod etiam requiratur, quod teſtator poſſit diſponere,
quod utroque iure ualeret diſpoſitio, & directa, & p obli-
quum. Nam in caſu quo non poteſt diſponere, quod dire-
cto tranſeat, res eſt clara, ut patet ex dictis Barto. quod
etiam quando non poteſt diſponere, ut utroque iure ua-
leat, non habeat effectum iſtud legati, quod directo tran-
ſeat, ſatis conſtat, nam quia non poteſt habere effectum
vtriuſque propter contrarietatem, ideo debet ſolum ha-
bere effectum, & uim fideicommiſſi ut tranſeat per obli-
quum, quia ſolum altero modo poteſt ualere, & prius de-
bet ualere eo modo, qui magis proprie per uerba ſigni-
ficatur, ut aperte uult text. in. d. l. ij §. ubi autem, & con-
ſtat ex ijs, quæ ſupra dicta ſucceſſere circa intellectum il-
lius text. & per hanc rationem, tollitur obiectum de li-
bertate fideicommiſſaria, quia non poteſt relictum uale-
re utroque modo, ut intelligatur quod tranſeat directo, &
per fideicommiſſum, ut etiam fuit dictum ſupra.
Habes tamen ex dictis Bart. quòd vbi directo, & recta
uia non tranſit, tunc honoratus dicetur rem habere iure
fideicommiſſi, vbi vero directo tranſit, quòd dicatur eam
habere iure legati, & ſi diceres, ſi relinquatur res hæredis
vel alterius, diſpoſitio valet in vim legati. l. rem alienã.
C. de leg. l. non dubium de le. iij. l. ſi quis inquilinos. §. j.
infra eo. Reſpondetur ꝙ diſpoſitio dicetur quidem vale-
re, vtroque iure, quoad obligationem debendi, ſed non vt
dicatur honoratus habere ipſam rem iure legati, ſed ab
ipſo hærede, iure fideicommiſſi.
Dum Bart. in ſua diſtinctione concludit, quòd vſuſfru
ctus poſſit ipſo iure conſtitui per legatum, per. l. ſi partẽ.
§ j. ff. de ſeruitut. concluſio Bar. eſt communis, & uera, ut
infra dicetur, & ad tex. in. l. ſi ab hærede. ff. ſi uſuſfru. pet.
de quo opponit Iaſ. vltra ſolutiones relatas per eum, poſt
glo. ibi, vera ſolutio eſt vt infra dicam loco ſuo dum Bar.
55 concludit, quod vſuſfructus † qui legatur, ſit apud teſtan-
tem, vere vel cauſatiue, quia immediate poteſt illũ con-
ſtituere in perſona legatarij, quod non eſt in iure pa-
tronatus. Senſus Bart. eſt, non quòd cauſalis quæ eſt a-
pud teſtamentum trãſeat in legatarium, nam in eo eſt
alius uſuſfructus. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita, infra de
verb. oblig. ſed quòd vſuſfructus formalis ipſo iure con-
ſtituatur in legatario. Nam licet non ſit formalis vere a-
pud teſtantem, dicetur tamen eſſe cauſatiue, quia is no-
uus vſuſfructus poteſt ipſo iure conſtitui in legatario, ſed
nouum ius patronatus diſtinctũ ab eo, quod eſſet in per-
ſona teſtantis, non poteſt conſtitui in perſona hęredis ip-
ſo iure, & immediate, quia requiritur manumiſſio hære-
dis, propterea illud tale ius, nec vere, nec ficte, nec cauſa-
tiue, ex cauſa immediata dicetur eſſe penes teſtantem, &
hoc modo declarando Bar. ſolutio patebit ad ea, quæ con
tra Bar. adducuntur per Iaſ. & Rui.
Dum gl. in ſi vult, quòd vniuerſalia fideicommiſſa dif-
ferant à legatis, & fideicommiſſis particularibus, quia ab
56 vniuerſali cogitur † adire hæres, non à particulari fidei-
commiſſario ſeu legatario. l. ſi quis omiſſa. §. ſi. ſupra ſi qs
omiſſ. cau. teſta. Bart. hic addit rationem huius differen
tiæ per id quod habetur in. l apud iulianum. §. noticia, &
l. cogi. §. ſi. infra ad treb. poſſet tamen inſtari, quare hoc
caſu lex non induxit, quòd tranſeant omnes actiones a-
ctiue, & paſſiue in legatarium, vt ſic ſine damno hæredis
poſſet cogi adire, quemadmodum induxit, quòd is cui
ſit relicta quota hæreditatis, ſi cogat hæredem adire to-
ta hæreditas ad eum tranſeat Iaſo. dicit, quia actiones
non tranſeunt in ſingularem ſucceſſore. l. ſi. §. ſi. ff. de con-
trahen. empt. ſed hoc non ſatisfacit, quia mediante re-
ſtitutione, & ceſſione tranſirent. dicatis ſolutionem eſ-
ſe, quia lex non voluit fieri reſtitutionem ex trebellia-
no, niſi ei, quem teſtator elegit ſibi ſucceſſorem. ſaltem
per obliquum, cui voluit teſtator reſtitui hæreditatem. l.
mulier. §. cū iſſe. ff. de iure dot. Bart. in. l. qui ita. § j. infra
ad treb. Rat. rationis quia non voluit dare, ſucceſſorem
defuncto præter eius intentionem, & propterea ſi fieret
ceſſio, ſeu reſtitutio, quia illa non fieret ex trebelliano
non eſſet tutus hæres, poſtquam reſtituit, quia poſſet à
creditoribus hæreditarijs conueniri, prout, conuenitur
poſtquam vendidit hæreditatem. l. ij. C. de hæredita. vel
actio. vend. l. ſecunda. C. de pactis, & ibi not. Nam non
poteſt hæres inuitis creditoribus, ius paſſiuum in alium
transferre, vt dicit Bald. in. l. ij. in prima oppoſitione. C.
de pactis per. l. ſi mandato meo. ff. mandati. Ex hac diffe-
rentia Rui. hic, & do. Rip. inferunt, quòd licet, caſu quo
ſit prohibita ſalcidia, valeat legatum ſine aditione. §. ſi
vero expreſſim, in auten. de hære. & fal. per quem text.
ita dicit Ange. ibi Bart. & omnes doct. in. l. nemo poteſt.
57 infra. eod. tamen fideicommiſſum † vniuerſale non vale-
ret, ſi non eſſet facta aditio, quia poteſt imputari fidei-
commiſſario vniuerſali, ſi non compulit hæredem adire,
allegant Bal in. l. j. filium quem habentem. ff. fami. hercu.
iſtud non diſcutio hic, quia latius declaraui in. l. nemo
poteſt. infra. eo. ubi etiam declaro qualiter intelligi de-
beat text. in. d. § ſi uero expreſſim.
Circa ſecundam differentiam, quia de ueritate di-
ctorum per Barto. hic uenit dicendum. infra dum dicetur
de actione in rem, propterea hic ſolum attingamus, quæ
ſit ratio, quare in fideicommiſſo uniuerſali dominium
nõ tranſit ipſo iure, prout tranſit in particulari relicto. in

hoc multum laborant doc. Ego dico quòd rationes Bart.
58 ſunt optime † ſi bene intelligantur, quamuis doct. com-
muniter reprobant. Et quod plus eſt, dico quod omnes ra-
tiones aſsignare per alios reincidunt in idem cum ratio-
ne Bart. & pro declaratione debes ſcire quod iſtud dictũ,
quod dominium non tranſeat ipſo iure includit duo, pri-
mum quòd non acquiratur fideicõmiſſario, ſine eius con-
ſenſu ſeu uoluntate, aliud quod non acquiratur ſine facto
grauati, debes etiam ſcire quod intentio Bar. fuit dicere,
quod quia res particulares ueniunt, non principaliter, ſed
in conſequentiam hæreditatis, propterea non potuerunt
queri fideicommiſſario ipſo iure, ex quo nec etiam hære-
ditas potuit acquiri ipſo iure, & ſi non acquiritur princi-
pale, multo minus illud, quod uenit querendum in conſe-
quentiam principalis. Rationem huius, quare hæreditas
non quæratur ipſo iure ſine conſenſu fideicommiſſarij re-
uocabiliter Barto. non poſuit, quia erat per ſe nota, quod
non acquiratur ſine conſenſu. l. ſi quis mihi bona. §. iuſ-
ſum. ff. de acquiren. hæredita. nor. in l. j. C. qui admitti ſo-
lum poſuit rationem ſecundi uidelicet quare non acqui-
ratur ipſo iure, hoc eſt ſine facto hæredis grauati, & dicit
hoc eſſe, quia in acquiſitione hæreditatis fit translatio
actionum quæſitarum heredi, in fideicommiſſario, & quia
actiones iam quæſitæ hæredi, non tranſeunt ſine ceſsione,
ſicut nec tranſit actio quæſita primo legatario in ſecun-
dum. l. imperator infra de leg. ij. propterea requiritur ceſ
ſio, ſeu reſtitutio heredis grauati, ad effectum, quod ac-
quiratur hæreditas fideicommiſſario. & hoc modo decla-
rando hanc rationem Barto. Non obſtant quæ adducitur
in contrarium per doc. & primo non obſt. quod in legato
peculij, & gregis, tranſeat ipſo iure dominium corporum
particularium. l. grege infra eo. l. ſi peculium. inf. de pe-
cul. leg. & tamen clarum eſt, quod ueniunt in conſequen-
tiam peculij, & gregis, ſicut res particulares in conſequen
tiam heredítatis. l. j. C. de euictio. l. ſerui. ff. de euictio. l.
proinde. ff. de edil. edic. Nam prætermiſſa ſolutione Soc.
& Iaſ. hic diſtinguentium inter uniuerſitatem conſiſten-
tem in corporibus, prout peculium, & grex, & uniuerſita-
tem, quę ſine aliquibus corporibus poteſt conſiſtere, pro-
ut eſt ipſa hereditas. l. hæreditas ff. de petitio. hæred.
quia iſta ſolutio non tollit difficultatem, ex quo per id
non differunt huiuſmodi uniuerſitates in hoc, de quo
nunc agitur, uidelicet quod in qualibet earum, particula
ria corpora non ueniant in conſequentiam. Dicas, quod
ſolutio colligitur ex prædicta declaratione. Nam ideo in
peculio, & grege, tranſit ipſo iure, dominium corporum,
quæ ueniunt in conſequentiam, ex quo tranſit etiam ip-
ſum ius peculij, & gregis, ut uult Bart. infra eadem. l. co-
lum. pen. ad fi. ubi dicetur & ideo nimirũ, ſi etiam in con-
ſequentiam tranſit dominium rerum particularium, non
ſic in hæreditate, quia ipſo iure non acquiritur, & propte
rea non poteſt quæri dominium rerũ particularium, quia
ſolum quæritur in conſequentiam acquiſitionis hæredi-
tatis. & illa ratio, Imo. in. l. non amplius. §. fi. infra eod.
quam refert, & ſequitur Alex. hic, tendit in unum, cum ra
tione Bar. Nam dum dicunt, quod ideo non tranſit domi-
nium rerum particularium, quia abſurdum eſſet, quod
tranſiret dominium, & onus actionum ſeu obligationum
remaneret penes grauatum, ad id ſpectat hæc ratio, quod
quia non tranſit hęreditas, ſeu ipſe actiones ipſo iure pro
pterea nec etiam dominium rerum particularium. Non
obſtat ſecundo id quod contra has rationes adduxit. Are.
in. d. l. non amplius. §. fin. quem etiam ſequuntur in hoc
Rui. & alij. Repeten. hic, quod lex potuit facere, quod
ipſo iure tranſeant actiones, prout fecit in multis caſi-
bus, de quibus in. l. penul. C. ad trebell. Nam ſolutio eſt
clara, quod teſtator ex ſua diſpoſitione non poteſt hoc
facere, quod ipſo iure ius quæſitum hæredi ſeu legata-
rio tranſeat in alium, ſine facto ſuo, & multo minus actio,
ut infra declarabitur ad longum, & dictum etiam fuit ſu-
pra circa illam quæſtionem, an hodie a legatario poſſit
legari, ſed bene lex hoc poteſt facere, quia lex fingit, ac ſi
reſtitutio interueniſſet, uel quia heres grauatus negligat,
uel non poſſit reſtituere, quo caſu habetur pro facta, argu.
l. iure ciuili. ff. de cond. & demon. & de regu. in. quod non

poteſt facere teſtator, quia non poteſt fingere, ꝙ dicta re-
ſtitutio habeatur pro facta, prout no. Bar. in in. l. ſi is qui
pro emptore in prima quæſtione principali ad fi. ff. de uſu
cap. quem ſequuntur Soc. & Rui. in. l. ſi quis in fundi uoca
bulo infra eo. ratio etiam Aret. reincidit in idem cum
ratione Bar. Nam dum dicit quod fideicommiſſarius aſſi
milatur hæredi. & propterea ſicut nõ acquiratur dominiũ
hæredi ſine aditione. l. cum heredes in princ. ff. de acqui.
poſſ. ſic nec fideicommiſſario ſine reſtitutione. Nam hęc
ratio ad id pertinet quod ſicut heredi non acquiritur do-
miniũ, niſi in acquiſitione hęreditatis, quę acquiritur ex
aditione, ſic nõ acquiritur fideicõmiſſario, niſi in acquiſi
tione hæreditatis, quæ acquiritur in reſtitutione, & hoc
modo non obſtabit impugnatio Rui. hic, dum dicit, quòd
hæc ratio videtur inferre, quòd ſicut ex ſola volũtate ac-
quiritur hæredi dominium, ſic etiam acquiratur fideicõ-
miſſario, ex declaratione voluntatis ſine alia reſtitutio-
ne. Nam ſolutio eſt, quòd aſſimilatio non eſt in eo, quòd
eo modo quæratur hæreditas fideicommiſſario, prout hæ
redi, quia immo in hoc conſtituit differentiam, ſed quòd
in utroque non acquiratur dominium, antequam acqui-
ratur hęreditas. Quare modo hæreditas acquiratur hæ-
redi ex ſola voluntatis declaratione, in fideicommiſſa-
rio uero requiratur actus grauati, Aret. hic non decla-
rat, ſed Bart. ponit rationem hic quia fit tranſitus actio-
num competentium grauato in ipſum fideicommiſſariũ,
& ideo requiritur ceſſio ſeu reſtitutio, ratio Rui. etiam
hic reincidit in idem cum ratione Bart. videlicet, quòd
grauatus factus hæres, verbo, vel facto, in aditione, non
poſſit deſinere eſſe hæres in effectu, niſi mediante uerbo
uel facto, ſuo, & actu retroſimili, hoc eſt ſine reſtitutio-
ne verbali vel reali, & propterea non acquiritur hæredi-
tas fideicommiſſario ſine reſtitutione. Nam pertinet ad
hoc, quòd quia ſine reſtitutione nõ acquiritur hæreditas,
propterea nec ante reſtitutionem acquiratur dominium,
ſed in hoc dum dicit, quòd requiratur reſtitutio ea ratio
ne, quia requiratur actus grauati retroſimilis aditioni,
melior eſt ratio Bar. quia in actione quæſita primo lega-
tario, quamuis ipſo iure ſine aditione, & aliquo verbo uel
facto ſuo, requiritur ceſſio ſeu reſtitutio, ut transferatur
in ſequentem legatarium, ut hic dicit Bar. & tamen hoc
caſu ceſſat ratio Rui. vides igitur, quòd ratio Bart. ſic de-
clarata eſt optima, & quòd rationes aliorum reincidunt
in idem cũ ratione Bar. & aliorum rationes non poſſunt,
ſaluari, niſi in quantum interpretentur quòd conueniant
59 cum rõne Bar. ſupereſt tamen vna dubitatio. † An eo ca-
ſu, quo ipſo iure fit reſtitutio hereditatis fideicõmiſſario,
prout in caſibus. d. l. pen. acquiratur ipſo iure hereditas,
& dominium ipſi fideicommiſſario etiam ignoranti, vel
abſque eius uoluntate, in hac queſtione, licet doc. cõmu-
niter uelint, quòd non acquiratur niſi fideicõmiſſario vo-
lenti, per tex. vbi videtur caſus, in. l. cogi. §. metianus, &
ibi in ſpecie Pan. de caſt. no. & in. l. j. §. quoties infra ad
trebel. & propterea, quod etiam hoc caſu differat a legato
particulari, in quo dominium ipſo iure acquiritur igno-
ranti. l. cum pater §. ſurdo infra de leg. ij. Rui. tamen con
tra hanc concluſionẽ ponderat doctrinam Bar. in. l. in fi-
deicõmiſſaria col. ultima. infra ad treb. dũ Bar. ibi conclu
dit quod eo caſu, quo reſtitutio fit ipſo iure, quod fructus
percepti negligentia fideicommiſſarij debentur ipſi fidei
commiſſario, ſicut debẽtur legatario, et ſic uidetur uelle,
quod ante petitionẽ fideicommiſſarius ſit dominus, quia
ea acquiſitione dominij procedit acquiſitio fructum, in
legatario, & ad tex. in d. §. metianus, & in. § j. qui uiden-
tur requirere uoluntatem. Reſpondetur quod loquuntur
de acquiſitione ireuocabili, in qua requiritur uoluntas,
etiam in legato particulari, ſed ſolutio non eſt bona, pri-
mo quia cõtra tex. in. d. §. metianus, nam dicitur ibi, quod
in ſolidum actiones ſunt tranſlatæ in preſentem fideicõ-
miſſarium, qui coegit, ergo dum uult quod acquirantur
ipſo iure alteri fideicommiſſario, ſi uelint fideicommiſ-
ſum ſuſcipere, præſupponit, quod antequam uelint ſuſci-
pere, nedũ reuocabiliter ſibi acquiratur, quia ſi fuiſſẽt ſibi
acquiſita, ſaltẽ reuocabiliter, nõ diceretur trãſlate in ſo-
lidũ in eũ, cui facta fuit reſtitutio. Secundo quia impoſſibi

le

60 le eſt † quod hęreditas acquiratur reuocabiliter, cum nec
etiam quis reuocabiliter poſſit obligari quia quod ſit in
uoluntate alicuius an uelit obligari uel ne contrariatur
obligationi, quæ eſt iuris uinculum, quo quis neceſſitate
aſtringitur inſt. de obl. in principio, & niſi ſit acquiſita hę
reditas, non potuiſſet acquiri dominium. Non ob. doctri-
na Bar. quia licet pręſupponat, quod antè petitionem ſit
acquiſitum dominium, & hęreditas, non tamen præſuppo
nit quod ante declarationem uoluntatis fuerit acquiſitū,
quia declaratio uolūtatis potuit fieri ante aliquā petitio
nem iudicialem, ſeu interpellationem extraiudicialem.

61 Dum modo concludit Bar. † quod actio primi legata-
rij non tranſit in ſecundum ſine ceſſione, per tex. in. l. im-
perator in principio infra de lega. ij. & l. ſi legatarius in-
fra de lega. iij. concluſio Bar. eſt uera, & communiter ap-
probata, difficultas eſt reſpōdere ad tex. in. l. ſi quis ſeruū.
§. certam infra de lega. ij. Nam ſolutio Bar. quod tex. ille
loquatur de utili, quamquidem habet ante ceſſionem, ſed
tex. in. l. imperator loquatur de directa. quam habet ex
ceſſione, patitur duas difficultates. Nam primo limitat
tex. in. d. §. certam qui loquitur indiſtincte, ſecundo præ-
ſupponit quod per ceſſionem queratur directa, quod eſt
contra gl. in. l. iij. ff. pro ſoc. & l. qui ſtipendia. C. de pro-
cu. ſolutio eſt, quod Barto. loquatur de utili, quæ oritur
ex cauſa, quia actio competens primo legatario ſit hipo-
thecata ſecundo fideicommiſſario, qui habet actionem
contra primum, ut. l. nomen. §. j. quæ res pig. oblig poſ-
ſunt, nō autem loquitur de utili perſonali, ad aliud, quod
præſupponitur, quod per ceſſionem, queratur directa, eſt
ſolutio, quod ſecundus fideicommiſſarius dicitur ſubſti-
tutus primo, ut dicitur in. d. §. certā, quia eo caſu quo hę-
res non ſoluerit rem primo legatario, tenetur illam da-
re, & ſoluere ſecundo fideicommiſſario, & eo caſu eſt gra-
uatus dare ſecundo, tanquam ſi illi ſecundo ab hærede fo
ret legatum. l. j. C. de his quæ ſub modo. l. ſi ab eo. ff. de
uſufruc. declarat Barto. in. l. fideicommiſſum infra eo. &
propterea ſequitur, quod per ceſſionem queratur directa
illi ſecundo, quia facit, quòd eueniat caſus, ſeu conditio,
ſub qua illud legatum intelligitur relictum ab illo hære
de illi ſecundo legatario, & hæres ſit directo grauatus da
re ſecundo, ſicut enim haberet directam, caſu quo pri-
mus legatarius repudiaſſet legatum, uel in perſona eius
foret effectum caducum. l. unica. §. ſinautem ſub condi-
tione C. de cad. toll. & per Barto. in. d. l. fideicommiſ-
ſum, ſic etiam per ceſſionem, ex quo per illam extingui-
tur in totum obligatio, qua tenebatur hęres dare primo,
& per illam purificatur conditio, ſub qua hæres fuit gra-
uatus dare ſecundo. Et ideo ſequitur, quod ante ceſſio-
nem ſecundus non aget, niſi utili actione, quæ oritur ex
hypotheca, ut dicit Barto. in. d. §. certam, poſt ceſſio-
nem, ſiquidem uelit agere ex ea obligatione, qua tene-
tur hæres primo, tunc aget quidem utili perſonali, &
forte hoc uoluit Barto. in. d. §. certam, dum dixit, quod
ex ceſſione habet directam, nam intelligit, hoc, eſt per-
ſonalem quia dixit directam ad differentiam utilis, uide
licet ſeruiane, uel quaſi, aut uult agere, tanquam ex le-
gato ſibi relicto ab hærede, tanquam eius conditio euene
rit, quia per illam ceſſionem factum fuit, quod hęres non
poſſit ſoluere primo, & tunc aget directa, non tanquam in
eum tranſlata, per ceſſionem, ſed cuius conditio ſit per
ceſſionem purificata, ut patet ex prędictis, & hoc etiā mo
do potuit intelligi, quod dicit Bar. ibi, & ſic non cōtraria-
bit ijs, quę hic dixit. Ex hoc qđ dicit Bar. quod actio pri-
mi legatarij non tranſit in ſecundum ſine ceſſione, infert
62 Alex. † quòd nec dominium rei legate tranſibit ipſo iu-
re à primo legatario in ſecundum, ſed requiritur reſtitu-
tio, mouetur, quia ſi non tranſit rei uendicatio, nec etiam
dominium, & quia cum primus ſit dominus, ſecundus nō
poteſt effici dominus ipſo iure, quia ſic ſequeretur, quod
duo eſſent domini inſolidum, contra. l. ſicut certi. §. ſi duo
bus uehiculum. ff. commodati, hanc opinionē, ultra Imo.
quē refert Alex. tenuerunt Bald. Pau. de Caſt. Cor. in. d.
l. ij. ſequitur Iaſo. hic, hæc opinio eſt uera, & indubitata.
Nam ultra tex. in. l. ſi quis uſum fructum. ff. de uſufruc. le
ga. qui tex. optime probat, non tantum, quia in eo dicatur
ꝙ primus induxerit ſecundum in fundum ſed ex eo quia
uult ꝙ de rigore iuris per mortem, ſeu capitis diminutio
nem primi uſusfructus foret finitus, & in eo quod dicit
tex. in ſi. ꝙ pretor ex equitate id agere debet, ut ſeruetur
quod futurum eſſet, ſi ei cui ex fideicommiſſo reſtitutus
eſſet, legati iure acquiſitus fuiſſet, quæ verba aperte deno
tant, quòd ipſo iure non tranſit uſusfructus, quia ſic dice-
retur acquiſitus iure legati, ſed per reſtitutionem, dum
uult ꝙ habeat ex cauſa fideicommiſſi, & tex. præſupponit
ꝙ ſi iure legati ſecundus fuiſſet conſecutus, quòd tunc ne
dum de rigore iuris poſſet dici finitus uſusfructus per
mortem primi, & hoc modo non procederent ſolutiones
quæ dantur ad illum tex. dum reſpondendo dicunt tenen
tes contrariam opinionem, ꝙ loquatur de inductione in
fundum, non ad effectum conſtituendi uſumfructum, ſed
ad effectum, traditionis, ſeu quaſi ipſius iuris uſusfructus,
ſolum poteſt reſponderi, quòd tex. ille procedat de iure
fforum, quo iure nō poterat à legatario legari, ſed ſolum
per fideicommiſſum relinqui. §. j. inſti. de ſing. reb. per fi-
deicom. relic. quæ ſolutio præſupponit quòd de iure ffo-
rum nō poſſet legari, ſed de iure nouiſſimo poſſit, quod a-
liqui præſuppoſuerunt, ſed non bene, vt ſupra diximus,
probatur etiam ex alio, quòd quia dominium acquiſitū
primo ſit reuocabile, idcirco per eum non potuit ipſo iu-
re acquiri ſecundo hanc conſequentiam facit Bal. in. l. j.
in ſi. C. de cond. inſti & huic dicto non ob. tex. in. l. qui in
aliena. § interdum. ff. de acqui. hæred. per quem tex. Rui.
hic, & aliqui Mod. dicunt, ꝙ cōſequentia, quam facit Bal.
non ſit bona. Nam eſt ſolutio, quia in tex. illo non acqui
ritur per filium de nouo illud ius ſui, & neceſſarij hære-
dis, ſed ſolum operatur quod illud ius ſui, & neceſſarij hę
redis, quod prius erat quæſitum patri, ſibi conſeruetur, &
non auferatur per eius exhæredationem, vt ibidem decla
raui & latius in. l. qui ſe patris. C. unde liberi, poſſet etiā
dici defendendo conſequentiam Bald. quòd in caſu dicti
. §. interdum, licet illud ius foret iure prætorio reuocabi-
le per beneficium abſtinendi, non tamen erat reuocabile
de iure ciuili, quia eo iure remanet ſuus, & neceſſarius,
pro nunc tamen, non pono iſtam conſequentiam Bal. pro
conſtanti, quia non fuit datum tempus ad cogitandum.
Sed ultra prædicta, iſta opinio probatur ineuitabili ra-
tione. Nam aut uolumus, quòd ſecundus dicatur habere
dominium à primo legatario, & tunc hoc eſſe non poteſt,
niſi eius actus interueniat, prout dicimus in fideicommiſ
ſo, & propterea non poteſt ipſo iure dominium trāſire in
ſecundum, aut uero uolumus, quòd ſecundus dicatur ha-
bere illud à teſtatore, uon à primo legatario, & hoc caſu
uideretur in neceſſariam conſequentiam teſtator adime-
re à primo, & transferre in ſequentem. l. ſicut in annos,
& quod ibi not. ff. de adimen. lega. not. in l. ſi pluribus, &
ibi do. Iaſo. late infra eod. in. l ſi fortidianum. C. de le-
ga. & hoc caſu, primus non diceretur amplius legata-
rius, quia ſibi ademptum eſſe legatum, nec diceretur lega
tum ſecundo à primo, ſed ſolum ab hærede, quia primus
legatarius, non diceretur amplius honoratus. Et profe-
cto mirum eſt quod doctor. in hac quæſtione dubitaue-
rint, quia cum in iure deciſum ſit manifeſtiſſime, quod
ubi teſtator legauit ſecundo ſub commemoratione pri-
mi, quod uideatur in neceſſariam conſequentiam adime-
re a primo, iuxta not. in. d. l. ſicut, & d. l. ſi pluribus cum
ſimilibus, uidere potuerunt, quòd præſupponitur non
poſſe fieri, ut dominium a primo, iure legati in ſecundo
ipſo iure tranſeat, quia ſic in neceſſariam conſequen-
tiam, non uideretur ademptū a primo, ſed legatum a pri-
mo illi ſecundo, quid plus, ſi per teſtatorem poſſet, poſt-
quam ceſſit dies legati, & quęſitum ipſo iure dominium
legatario, adimi res legata ipſo iure à legatario, & do-
minium ipſius in alterum transferri, quomodo neceſſe
foret, quòd legatum purum ſi ſub conditione adimatur,
uideretur datum ſub contraria conditione. l. ſi legatum
infra de adimen. leg. l. aliquando, infra de cond. & demon
ſtratio l. quod pure, infra quando dies leg. ced. nam poſ-
ſet legatum purum remanere, & poſtea in euentum con-
ditionis videretur ipſo iure ademptum, vides igitur quòd
dum lex vult quòd ademptio cōditionalis in neceſſariam

conſequentiam facit legatum purum conditionale, quod
præſupponit, quòd legatum, poſtquam ceſſit dies,& quę-
ſitum ſit legatario non poſſit ipſo iure adimi, poſſent in-
ſinita deduci ſed prædicta ſufficiant, & propterea neſcio
qua ratione gloſ. in.d.l. ij.in uerſic. in rem. C. communia
de legatis,quam ibi ſecuti fuerunt plures Rui. Crotus, &
quidam Mod Repeten. hic tenuerint oppoſitam ſenten-
tiam contra dictas rationes quæ ſunt incuitabiles, nec
text. in.d.§.certam,aliquid facit,quia intelligi debet uel
quòd ille ſecundus agat utili ſeruiana,prout ibi intelligit
Bar. uel quod agat directa, tanquam euenerit conditio,
ſub qua ipſe intelligitur ſubſtitutus primo,quo caſu uido
tur ſibi relictum ab hærede,non a legatario tãtum,ut per
Barto.in.d.l. fideicommiſſum. Non ob.tex. in.d.l.j.in fin.
communia de lega. quia loquitur tex. ille quando primo
legatario fuit facta traditio rei legatæ. Nam ex hac tra-
ditione quæritur ſecundo utilis rei uendicatio contra ip-
ſum,quaſi quod traditio facta ſit ea mente,ut alteri reſti-
tuat, & nomine ſuo, & nomine ſecundi prout dicimus in
fideicommiſſo uniuerſali quia facta reſtitutione primo fi-
deicommiſſario, a primo in ſecundum ipſo iure ſine re-
ſtitutione tranſeunt actiones l. penultim. C. ad trebell.
quaſi quod reſtitutio hæredis uideatur facta utrique,non
63 obſt. text. in. l. fin. C. de lega. quia licet † ibi dicatur,
quod poteſt dari legatum ad tempus,ut poſt tempus finia
tur,& dominium ipſo iure reuertatur ad hæredem, non
propterea arguit, quod legatum a principio datum ſim-
pliciter, & indeterminate, poſſit poſtquam eius dies ceſ-
ſit, & acquiſitum fuit ipſo iure adimi, hæc enim diuerſa
ſunt,quia primo caſu, non dicitur adimi ſed finiri, quod
datum fuit,quia datum ad tempus,hoc ſecundo caſu non
diceretur finiri, ſed adimi illud, quod datum fuit, primo
caſu finitur, quia diſpoſitio teſtantis fuit limitata, & ul-
tra illud tempus non habet effectum in hoc ſecundo caſu
adimitur ex noua teſtantis diſpoſitione, & reuocatur di-
ſpoſitio, poſtquam eius dies ceſſit, quamuis duret, quæ
omnia ſunt admodum diuerſa, & propterea ad hunc ca-
ſum dicta lex non poteſt ſe extendere ad correctionem.
ll. prædictarum.
Circa aliam tertiam differentiam.quod uniuerſale ua
64 leat, quamuis hæreditas non ſit ſoluendo † prout inſtitu-
tio hæredis, non autem ſingularia.l. ſi hæres ab eo. infra
ad trebell. rationem ponit Barto. ut hic per eum. Quæ
ratio eſt optima. Nam præſupponit quod non poſſent ua-
lere in præiudicium grauati hæredis, quia non poteſt
grauari, ultra uires hæreditarias.l. ſi uniuerſe.C. de le-
ga. & propterea ſi ualerent, fieret conditio creditorum
deterior, quia ſulum in eorum præiudicium poſſent ua-
lere. Non ob.quod contra rationem Barto. adduxit Rui.
hic, uidelicet quod de iure iſto fforum hæres obligatur
in ſolidum creditoribus hæreditarijs.l. quæ dotis ſupra
ſol. matri. Nam reſpondetur quod quidem obligaretur
creditoribus, tamen ex eo quod ipſis ſoluendum foret,
etiam ſatisfaceret legatarijs, ſi ad eorum præiudicium
legata ualuiſſent, & ratio Rui. reincidit cum ratione
Barto. quia dum dicit, quòd uniuerſale ualet quia nun-
quam dicitur excedere uires hæreditarias, hoc tendit ad
id, quod dicit Barto. quod propterea conditio credito-
rum non ſit deterior, dum dicit, quod particularia ideo
non ualent, quia poſſunt excedere uires, pariter hoc re-
incidit in idem cum eo, quod dicit Barto. quod non ua-
lent, quia dum excedũt uires, conditio creditorum fieret
deterior,unde non ex eo tantum quod excedant uires,in-
fertur quod nõ ualeant, ſed quia eorum ualiditas foret in
præiudicium creditorum,& propterea quãdo eorum uali
ditas nõ eſt ad pręiudicium creditorum ualent, quamuis
hæreditas non eſſet ſoluendo,ut in caſu,quando non eſſet
confectũ inuentarij,quia ualerent in præiudiciũ hęredis,
ut hic per Bart.alios caſus enumerat Iaſ.ut hic per eum.
Circa alias tres differentias,uidelicet quartam, quin-
tam,& ſextam,quia de his tangitur ordinarie.in.l.cum fi-
lio infra eo. ibi reſeruo dicendum.
Septimam differentiam ponit Barto. quod licet parti-
culare fideicõmiſ. poſſit reſtitui procuratori in rẽ ſuam
65 † non tamen poſſit reſtitui uniuerſale fideicommiſſum.

per.l. ſi mulier.§ ex aſſe.ff ad treb.& opinionem Bar. ſe-
quuntur communiter docto hic,& in.l. apud iulianum.§.
utrum. infra ad trebell. Ratio eſt,quia non aliter reſtitu-
tio fieri poteſt ex ſenatuſconſulto trebelliano, quam in fi
deicommiſſarium prout teſtator diſpoſuit, hoc enim mo
do per reſtitutionem trãſirent actiones paſſiue hæredita-
tis,quibus hæres erat obſtrictus & pro illis non eſſet obli
gatus.l.j.§.j infra ad trebel.Sed ſi alteri reſtitutio fiat hę
reditatis,quia non fieret, prout teſtator diſpoſuit, & non
ex trebelliano, propterea non transferret actiones paſſi-
uas in eum,& ipſe hæres remaneret obligatus adhuc cre-
ditoribus hæreditarijs,hanc rationem ponit text. in d §.
ex aſſe, & Bart. in.l. quo enim.§.j. infra ad trebell. & ra-
tio rationis eſt, quia non poteſt hæres inuitis creditori-
bus ius paſſiuum in alium transferre.l.ſi mandato meo.§.
j.ff. mandati bal. in.l.ij.in j. oppoſitione.C.de pactis. Et
prædicta concluſio eſt uera,& indubitata,quamuis Crot.
hic per quædam, quæ parum urgent teneat oppoſitum,&
ſi dicas,quæ ſit ratio,quare actio, quæ competit fideicom
miſſario ſecuta aditione hæredis non poſſit cedi, cum
tantum nulla ratione impediri poſſit ceſſio actionis. l.
quod ſi minor. ff. de mino. Reſpondetur quod actio po-
teſt cedi. tamen quia hæres non tenetur, nec poteſt cogi
niſi ad illam reſtitutionem ex trebelliano, per quam po-
teſt transferre actiones paſſiuas, propterea non poteſt co
gi ad faciendum reſtitutionem alteri, quam fideicommiſ
ſario,ut dictũ fuit. Infertur tamen,ꝙ ſi ceſſionarius petat
ab hærede, quod compellatur reſtituere hæreditatẽ fidei
commiſſario,ꝙ tunc procederet libellus, & reſtitutio, ut
ut dicunt Ange.Cuma.Imo.& Alex. in d.l.apud iulianũ.
§.utrum.poſt Bald.in.l.pen.C.ad treb. Si dicas,quæ ſit ra
66 tio, † quare eo modo,quo fideicommiſſum uniuerſale eſt
tranſmiſſibile ad hæredem fideicõmiſſarij.l.cogi. §.idem
mecianus infra ad trebel. Bar.& communiter omnes doc.
in.l.cum filio.col.ſi.infra eod. ſic etiam non poſſit cedi.cũ
ſit regula,quòd omne quod eſt tranſmiſſibile eſt ceſſibi-
le.l.ex pluribus,& quod ibi not.ff.de admi.tutor. Reſpon
detur vltra eo,quæ dicit Iaſ.in.l.cum ſecundum. C. de fi-
deicomm. quòd ea ratione eſt tranſmiſſibile,quia reſtitu
tio,quæ ſit hæredi illius fideicõmiſſarij fingitur facta ipſi
fideicommiſſario tranſmittenti, & ſibi fingitur quæſita
hęreditas.l.ſi infanti in verbo quaſi infanti quæſita,& ibi
Bald.no.C.de iu.delib.dixi in.l. iij.infra eo. & propterea
dicetur facta ex trebelliano dicta reſtitutio,& tranſibunt
actiones paſſiuæ,quia fingitur facta illi, in quem diſpo-
ſuit teſtator,quod non eſt in ceſſione fideicom. quia ceſ-
ſionarius non petit reſtitutionem ſibi fieri, tanquam pro
curatori illius fideicom. & eius nomine,ut ſic fingi poſſit
facta reſtitutio,& acquiſita illi fideicommiſſario hæredi
tas,ſed petit proprio nomine ſibi reſtitui hæreditatem,&
eo modo,quo non poſſet fingi factam fuiſſe reſtitutionem
fideicommiſſario & ſibi acquiſitam hæreditatem, & ipſe
fideicommiſſarius non obligaretur creditoribus hæredi-
tarijs, bene infertur,quòd ſi ceſſionarius peteret hæredi-
tatem ſibi reſtitui nomine cedentis,tanquam procurator
fideicommiſ.agendo actione directa,quæ competit fidei
commiſ. cuius exercitium conſequitur ex ceſſione. l.em
ptor.C.de hæred.vel actio vend. quòd tunc ſibi deberet
fieri reſtitutio, quia fieret tanquam procuratori illius fi-
deicom.& ipſe reciperet nomine illius fideicom prout po
teſt fieri ſimplici procuratori,ut in.d.l.apud iulianum. §.
utrum,& in.d.l qui ita.§ j.& ita determinat Ange. in.l.ſi
uſusfructus in principio de nonatio. ſequitur Alex. in d.
§.utrum,ex quibus patet ſolutio ad ea, quæ contra com-
munem adducebantur per Crot. hic,& habes declaratam
concluſionem communem,quòd non poteſt reſtitui fidei-
com.ceſſionario ex trebelliano,niſi eo modo fiat,ꝙ cẽſea
tur facta fideic.cedenti,& obligationes tranſeant in dictũ
fideicommiſſarium & requiritur quòd ceſſionarius,uigo-
re ceſſionis,cenſeatur habere mandatum ad acceptãdum
reſtitutionem nomine cedentis.
Succeſſiue extra gloſſ. quærit Barto. pro quibus lega-
tis competat actio perſonalis. & concludit quòd regu-
67 lariter † pro legatis,quæ alterius utilitatem continent,
& ualent de iure communi detur actio ex teſtamẽto. quæ
con

conclusio ſecundum eum, & communiter alios procedit,
non tantum in legatis, quæ relinquuntur in teſtamento,
ſeu codicillis teſtamento confirmatis, ſed etiam in codi-
cillis ab inteſtato, licet hoc caſu detur utilis ex teſtamen
to ut per gloſ. in l. fi. in uerbo agnationi, & ibi Iaſ. C. de
codicillis. Pau. de caſt. in l. ij. C. communia de lega. eſt
uerum quod Ripa dicit competere etiam hoc caſu dire-
ctam ex teſtamento, ſed hoc non proſequor, quia non eſt
magni momenti, Procedet etiam in legatis conſeruatis
per authen. ex cauſa. C. de lib. præter in teſtamento ru-
pto propter præteritionem & exheredationẽ, ut per Bar.
in d. authen. colum. penul. & l. j. in. ix. q. ſupra tit. j. per tex.
in l. fi. ſupra de hæred. inſti. ſequuntur alij omnes, ſed iux-
ta hanc concluſionem ſunt plures dubitationes prima eſt.
68 † an pro legatis conſeruatis coniunctis perſonis per edi-
ctum, de lega. præſtan. competat actio ex teſtamento, in
hac dubitatione ſunt opiniones communis eſt, quod de-
tur actio ex teſtamento, quam tenuerunt Bald. & Ang. in
l. j. C. de bo. poſſ. cõtra. tab. gloſ. & Bart. in l. j. infra. de leg.
præſtan. & ſequuntur communiter doct. hic, ſed Iaſ. quem
ſequuntur quidam repeten. hic, dicit non competere actio
nem ex teſtamento, ſed actionem in factum. Motus ea ra
tione, quod ex quo conſeruantur per edictum prætoris, ie
circo competet actio in factum, quæ oritur ex dicto præ-
torum. §. fi. inſt. de interdic. l. quoties & ibi gloſ. ff. de præ-
ſcrip. uer. & quia conſeruantur ex priuilegio ſpeciali, fauo
re perſonarum, non quia ualeant de iure communi, quo
caſu non competit actio ex teſtamento. ut per Bart. hic.
Tu uero teneas opinionem primam, quæ eſt communis &
69 uera, pro qua facit, quod ex edicto de lega. præſtan. † non
inducitur obligatio nec ualiditas legatorum, uerum quia
legata ualent de iure ciuili. edictum non inducit obliga-
tionem, ſed conſeruat illam, quam ius ciuile induxit ex
ipſo teſtamento Nam ſi legata non ualerent de iure ciui
li, ceſſaret illud edictum. l. is qui in poteſtate infra de leg.
præſtan. propterea ſequitur, quod agetur actione ciuili,
quæ oritur ex teſtamento, remoto impedimento contra.
tab. bon poſſ. per illud edictum, & per hoc patet ſolutio
ad obiecta. Nam non agitur actione oriente ex dicto, ſed
actione ciuili conſeruata per edictum, & legata ualent
de iure cõmuni licet conſeruentur ex priuilegio & ſpecia
li fauore perſonarum.
70 Alia eſt dubitatio, an dicta concluſio † procedat in le
gatis, quæ non continent alterius utilitatem, ſed ſolum
concernunt anthor. teſtatoris. In hac dubitatione Bart.
& communiter doct. hic concludunt, quod non, uerum
hoc caſu ſolum competet officium iudicis, per l. quintus
infra de annu. lega. & l. hæredi. ff. de pet. hæredita. l. me-
ura. ff. de manu. teſta. Iaſ. tamẽ hic dicit, quod poteſt com
petere actio famil. herciſ. per tex. in d. l. quintus, & in l.
his conſequenter. §. primo, ſup. fam. herciſ. ubi habetur,
quod pro fideicom. quod fiat monumentum, datur actio
famil. herciſ. ſed ſolutio eſt, quod illa actio datur eo caſu,
quo intereſt cohæredis, quod monumentum fiat, ut ibi
poſſit ſepeliri, & propterea cõtineret utilitatem alterius.
Et in his terminis loquitur text. in d. l. quintus, ubi dicit
gloſ & text. in dicta. l. his conſequenter. §. ſed cum monu
mentum, ſed caſu quo non intereſſet hæredis, tunc ſolum
ueniret officio iudicis in dicta actione dicta. l. his conſe-
quenter. § idem erit, quare modo tex. in d. § ſed cum mo
numentum, uelit etiam dari actionem præſcrip. uer. eo
quia intereſt hæredum, quos ſequitur ius monumenti, &
an intelligi debeat, prout ibi dicit Bart. quando unus hæ
res dedit partem ſuam cohæredi, ut faciat monumẽtum,
non declaro nunc, quia eſt extra propoſitum materiæ no
ſtræ. Ratio autem dicte cõcluſionis eſt quia ex dicto lega
to nulla oritur obligatio, quia nullius utilitatem conti-
net & propterea nulli quæretur obligatio, iccirco ſolum
ſupereſt, quod authoritate iudicis compellatur ſeruare
teſtantis uoluntatem, ut dicit text. in d. l. quintus, &. d. l.
hæreditas.
71 Alia eſt dubitatio, an procedat dicta † concluſio in le
gatis, quæ licet cõtineant alterius utilitatem, tamen non
continẽt commodum pecuniarium, Imol. quem ſequitur
Alexander hic dixit quod non, & ſequuntur alij magis
communiter hic uerum quod ſolum hoc caſu compete.
officium iudicis, allegant l. ſi cui legatum. infra de condi
tio. & demonſtratio. & l. filiusfamilias. §. ſecundum uul-
garem, infra eodem, ubi pro fideicommiſſ. quo pater gra
uatur emancipare filios, non datur actio, ſed extra ordi-
nem, & ſic officio iudicis cogitur emancipare, poſtquam
agnouit id quod ſibi fuit relictum, & ſi dixeris, contra, ne
pro libertate cõpetit actio. l. libertas. de manu teſtamen-
to. l. cogi. ſed ſi ſeruo ſuo. infra ad trebell. & tamen relictũ
libertatis nõ continet commodũ pecuniarium. l. plane la.
ij. infra eod. Reſpondetur quod nõ competit actio pro con
27 ſecutione libertatis. † Nam ſi ſit directa, clarum eſt,
quod non competit, quia ipſo iure eſt liber, non etiam
pro fideicommiſ. libertate, quia quoties per eum, qui te-
netur dare fideicommiſſariam libertatem fit mora liber-
tati, ſeruus ipſe ſine manumiſſione perducitur ad liberta
tem, uel habetur pro manumiſſo, ſecundum conſtitutio-
nem diuerſorum ſenatuſconſultorum de quibus in l. cum
uero. §. ſubuentum, &. § penul. & fi. ff. de fideicom. liberta
& per Azo. in ſumma eiuſdem tituli, adeo quod medio.
actionis nõ conſequitur, ut dominus condemnetur ad eũ
manumittendum, ſed per ſenatuſconſulta in caſu moræ
peruenit ad libertatem, & ſolum competit ſeruo, cui
eſt relicta libertas per fideicommiſſum, facultas adeundi
prætorem, & petere quod dominus euocetur ad dandum
ſibi libertatem, ad effectum conſtituendi dominum in
mora, ut dicitur in d. §. ſubuentum, & eo modo intelligi-
tur id quod dicitur in d. l. libertates & d. l. cogi. § ſed ſi ſer
uo, & in l. uix certis. ff. de iud. & l. is cui. ff. de in ius uocãd.
bene uerum eſt, quod facta mora per dominum & ſic in ca
ſu, quo fuerit locus conſtitutioni per quam ſeruus perdu
citur ad libertatem, quod ſibi competit actio, non per
quam conſequatur libertatem. ſed per quam declaretur
liber & ſe defendat uel tueatur & hoc modo intelligo qđ
dixit text. in d. l. ſi cui legatum uidelicet, quod prætor fi
deicommiſ. eos ſeruos in libertate tuetur. Nam non de-
bet intelligi, quod prætor condemnet dominos ad manu-
mittendum, ſed quod illos factos liberos per conſtitutio
nem ſenatuſconſulti, ſine manumiſſione tuetur, & defen-
dit, in libertate ſibi relicta per fideicommiſ. & ideo nõ be
ne dicit iudicio meo. Rui. hic, dũ poſt Paul. de caſt. in d.
l. uix certis dicit, quod pro libertate fideicommiſſaria
competit officium iudicis, non autem actio, quia ſeruus
nõ eſt capax actionis. l. quod attinet. ff. de reg. iuris. Nam
hoc attento ſequeretur quod nulla eſſet differẽtia an quis
eſſet grauatus emancipare filios, an manumittere ſeruos,
quia etiam iſto caſu competeret officium iudicis, ut di-
ctum fuit, & tamen text. in d. l. ſi cui legatum uult, quod
73 ſit differentia, † niſi ſaluando intelligas, quod loquuntur
de officio iudicis ad euocandum dominum in iudicio, &
ad conſtituendum illum in mora. non ad condemnadum
dominum ad manumittendum quia ipſo iure perducitur
ad libertatem, ſi dominus eum non manumittat, ut ſta-
tim dictum fuit, ſed quando pater grauatur emancipare
filios, competit officium iudicis, per quod pater con-
demnatur ad emancipandum filios, non quo filij propter
moram patris efficiuntur, ipſo iure, ſui iuris, quæ autem
ſit ratio, quare non competat actio, ſi relictum non conti
neat commodum pecuniarium, ponit text. in d. l. filiusfa-
milias. §. ſecundum uulgarem, quia illud commodum,
prout eſt patria poteſtas, eſt ineſtimabile, hoc eſt, non re
cipit eſtimationẽ pecuniariam, & ideo nõ poteſt quis per
teſtatorem in eo grauari, quia cum non poſſit grauari ul-
tra quantitatem relicti. l. imperator. §. ſi centum infra de
lega. ij. Non propterea grauari poteſt in eo, quod non re-
cipit eſtimationem pecuniariam, quia incertum eſt, an
ſit minus uel plus eo, quod relictum eſt. Quæ autem ſit
ratio, cur licet non competat actio, tamen ſubuenitur
per officium iudicis, ponit text. in d. l. ſi cui legatũ quia
eum agnouit relictum factum ſibi ea contemplatione, ut
filium emancipet, equum eſt quod cogatur filium eman-
cipare. Ad aliud uolo quod aduertas, quia text. in di-
cta l. filiusfamilias. §. ſecundum uulgarem, & id quod
dictum fuit de fideicommiſſis continente commodum
74 non pecuniarium † intelligitur reſpectu grauati, ita
colligitur

eſt bona, quia nullibi probatur, quod quia ex interpreta-
tione aliquod beneficium competat, iccirco dicatur ex-
81 traordinarium. Vnde pro ſolutione dices, quod text. † in
illis uerbis, nec extrahordinario auxilio indiges &c. lo-
quitur de remedio reſtitutionis in integrum, ut ſenſus ſit,
non indiges reſtitutione in integrum, per quam reſtitua-
ris ad implendum conditionem, quæ non fuit adimpleta.
Et ſi dices, quod hic intellectus nõ poteſt procedere, quia
præſupponitur ibi quod ſi ſtetiſſet per illum conſobrinũ,
quod illud extraordinarium auxilium competeret, & ta-
men eo caſu non poſſe agi de reſtitutione ad implendum
conditionem, quia eo caſu habetur ipſo iure pro adim-
pleta d. l. iure ciuili. Reſpondeo quod iſtud procederet,
quando ſemper ſtetiſſet per eum conſobrinum, & nunquã
ſtetiſſet per ipſam filiam, ita loquitur tex. in d. l. iure ci
uili cum concordantibus, ita probat tex. in l. penul. §. j. in-
fra de cond. & demõſt. in his uerbis, ſi non poſt morã Ti-
tij ſimphorus deceſſerit, ſed in caſu d. l. ij ſtetit a princ.
per ipſam filiam, quominus conditio adimpleretur, quia
exiſtimabat, quod illa conditio, tanquam inductiua uidui
tatis, non ualeret, & ideo quamuis ex poſt ſtetiſſet per
ipſum conſobrinum, quia tamen a principio ſteterat per
filiam, iccirco non poteſt cenſeri pro adimpleta, ſolum
igitur ſupereſt dubitatio, an ſit concedenda reſtitutio in
integrum, attẽto quod illa a principio non paruit ex quo
exiſtimabat illam conditionem nõ ualere, tex. ille reſpon
det, quod ſi non ſtetit per eum conſobrinum, quod non
competeret reſtitutio in integrũ, quia ea ſola cauſa igno
rantie, ex quo exiſtimabat illam conditionem nõ ualere,
tanquam inductiuam uiduitatis, cum ſit ignorantia iuris,
non eſſet iuſta cauſa dandi reſtitutionem in integrum, ex
illa clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa uidebitur,
bene præſupponit quod ſi et ſtetiſſet per eũ conſobrinum,
82 quod eſſet hæc, iuſta cauſa. † Nam poſito, quod condi-
tio eſſet, ſi illa filia infra triennium nuberet conſobrino,
& a principio paratus eſſet conſobrinus nubere, tamen ſte
tit per filium, quia nolebat illi nubere, exiſtimabat illam
conditionem non ualere, ex poſt durante adhuc triennio
filia, cognito, quod conditio ualebat, uoluit nubere con-
ſobrino, & ipſe recuſauit, adeo quod ſtetit per conſobri-
num, quominus infra triennium ſibi nupſerit, cõditio non
poteſt haberi pro adimpleta quia a principio filia fuit in
mora & ſtetit per eam, & ideo dicitur defecta, & eſt locus
ſubiſtitutioni, ut dicitur in ea. l. in princ. hæc tamen erit
iuſta cauſa, propter quam debeat concedi reſtitutio in
integrum, ad adimplendum dictam conditionem, ac ſi eſ
ſet infra dictum tempus triennij, quia licet a principio ſte
terit per eam, tamen adhuc ante lapſum triennij, quo tem
pore potuit parere conditioni. fuit parata, ſed impedita
fuit conſobrinum, & licet hoc non ſufficiat, ut conditio
haberi debeat pro adimpleta ipſo iure, quia potuit a prin
cipio nubere, & non nupſit, tamen ſufficit, ut concedenda
ueniat reſtitutio in integrum, quia impeditur etiam im-
plere per illum conſobrinum, & iſte eſt intellectus. d. l. &
ſi dices, quod intellectus eſt diuinatiuus, intelligence qđ
conditio ſit reſtricta ad certum tempus quoniam illa con
83 ditio ſi nupſerit † ſẽp. r poteſt impleri, ut declarat Pau.
de caſt. in d. l. ij. & quamuis Iaſ. ibi uelit, quod intelliga-
tur infra triennium, a die pubertatis, ubi eſſet impubes
uel a die mortis teſtatoris. ubi fuiſſet pubes, per text. in
l. ij. §. ad filiorum. C. quando & qui. par. pars deb. lib. x. &
quod ibi dicit Bart. tamen ille tex. non probat, quia lo-
quitur de illa conditione, ſi nupſerit, adiecta a lege ad
diſpoſititonem eiuſdem legis, non autem de conditione
hac, ſi nupſerit, adiecta a teſtatore diſpoſitioni ipſius
met teſtatoris. Reſpondeo, quod neceſſe eſt, ut intelli-
gamus illum text. altero ex duobus modis, uel quod illa
conditio ſit reſtricta ad certũ tempus, uel quod filia al-
teri nupſerit, uel dictus cõſobrinus nupſerit, nam aliter
non poſſet dici defecta, nec poſſet eſſe locus ſubſtitutio-
ni, cuius oppoſitum dicitur in tex. illo, alius eſt caſus
84 † quando conditio habetur pro adimpleta, non de iure
communi, ſed de iure ſpeciali, ex aliquo ſpeciali priuile-
gio, & in hoc caſu eſt magna difficultas, & ſunt contra-
riæ opiniones. Communis eſt, quod hoc caſu non com-
petat actio ex teſtamento, ſed quod competat actio in fa-
ctum uel conditio ex lege, quam poſt Bart. in d. l. in teſta
mento in fin. ſecuti fuerunt communiter doct. ibi, & hoc
adducunt l. ſi peculium. §. is cui. ff. de ſtatu lib. & l. cum
ita infra de condit & demõſt. ubi habetur, quod ex quo
in caſu illo conditio habtur pro adimpleta non de iure
communi, ſed ſpeciali fauore libertatis, quod ideo ſer-
uus perueniret ad libertatem, iure conſtituto, non ex te
ſtamento, & ideo non competet actio ex teſtamento.
Contrariam ſententiam, quod immo etiam hoc caſu com
petat actio ex teſtamẽto, tenuerunt. Imo. & Soc. in d. l. in
teſtamento, Rui. & Crotus hic, per tex. in l. ſtirhum. §.
penu. infra de ſtatu lib. ibi enim, quãuis cõditio habeatur
pro impleta fauore libertatis, tamen ſeruus ſit hæres ex
teſtamento, nam ſolutio communis ad illum tex. quòd il
lud uerbum, ex teſtamento, exponi debeat, id eſt propter
teſtamentum, ſed iure conſtituto, uiolat illum tex. addu
cunt ſecundo, quia in l. ſi. ff. de hæred. inſtituen. quamuis
legata ſuſtineãtur de iure ſpeciali, tamen datur actio ex
teſtamento. eodem modo per tittulum de lega. præſtan.
conſeruantur legata ſpeciali fauore coniunctæ perſone, &
tamen competit actio ex teſtõ, ut ſupra dictum fuit. ad
ducitur etiã text. in l j. §. lex falcidia infra ad. l. falcid. ubi
legata debentur actione ex teſtamento, quando ualet te-
ſtamentum per fictionem legis cornelie, ad text. in d. l. ſi.
peculiũ. §. is cuius, & d. l. cum. ita, reſpondent duobus mo
dis, primo quòd ſenſus illorum uerborum ſit, dum dicit,
ex conſtituto potius iure, quam ex teſtmento, hoc eſt, ex
extenſione potius, quam ex uerbis teſtamenti, & ita re-
ſpondet Soc. in d. l. in teſtamento, poſt Imol. ibi, & Bald.
in authen. ex cauſa in. vj. oppoſitione, & attenta hac ſolu
tione competeret ſolum actio utilis arg. not. per Bar. in l.
ſi curatoris. C. de neg. geſtis, alio modo reſpondent Rui.
& Crot. quod ſenſus illorum uerborum, ex conſtituto po
tius iure &c. eſt ex ſpeciali potius iure, quam ex teſta-
mento, hoc eſt, quam iure communi, & attenta ac ſolu-
tione, dicunt poſſe competere directam actionem, prout
in caſu d. l. ſin. quę ſolutiones manifeſte uiolant illa iura
ut conſtabit ex ijs, quæ infra dicam circa intellectum. dd.
ll. & d. l. ſtichũ. §. pen. do. Rip. pro concordia opinionum
diſtinguebat, quod ſi conditio habetur pro impleta ex ſpe
ciali priuilegio, præter mentem diſponentis, tunc nõ agi-
tur ex teſtamento, ſed iure conſtituto, ita procedat. l. ſi
peculiũ. §. is cui, & concluſio communis ſupra relata. Si
uero habetur pro adimpleta ſecundum præſumptã men-
tem teſtantis, tunc agetur actione ex teſtamento, non ob
ſtante quod habeatur pro impleta ex priuilegio & ita in-
telligit procedere text. in d. l. ſtichum. §. penul. & aliam
opinionem contrariam, Sed hæc diſtinctio non ſatisfacit,
quoniam in omnibus conditionibus ſemper debemus in-
tueri præſumptam mentem teſtãtis. l. in cõditionibus pri
mum locum in princ. infra de cond. & demonſt.

Tu modo aduerte, quod reſolutio huius difficultatis
tota conſiſtit in intelligentia rationis decidendi, quare in
caſu † d. l. ſi peculium. §. is cui, & d. l. cum ita, ubi is cui 85
erat dandum deceſſit poſt mortem teſtatoris, quo caſu
habetur pro impleta, fauore libertatis ſit liber ex conſti-
tutio iure, potiuſquam ex teſtamento, & in caſu d. l. ſti-
chum. §. penul. quando is, cui erat dandum, deceſſit ante
mortem teſtantis, quo caſu habetur etiam pro adimple-
ta ſpeciali fauore libertatis, ſit tamen liber ex teſtamen-
to. Hoc non declarant doct. & licet Alber. et Bened. de
plumb. in d. l. ſtichum. § penul. quos referunt, et reprobãt
quidam Mod. hic, et male dicant quod illa iura cõſtituunt
differentiam inter hos caſus, quando deceſſit is, cui dan-
dum erat poſt mortem, uel in uita teſtantis, tamen non aſ
ſignant rationem. Tu uero dic, quod ratio, quare non ſit
liber ex teſtamento, ſed ex conſtituto iure, quando deceſ
ſit poſt mortem teſtantis, eſt, quia hoc caſu conditio non
habetur pro adimpleta, ſecundum illam interpretatio-
nem, quę fuit a principio in teſtamento tempore mortis
defuncti, ſed habetur pro adimpleta ſecundum aliam in-
terpretationem, quæ ex poſt facto inducitur ex diſpoſitio-
ne iuris, diuerſam ab ea, quæ fuit in ipſo teſtamẽto a prin
cipio, et tempore mortis teſtatoris, ſed quando deceſſit

in uita teſtantis,tunc ſit liber ex teſtamento, quia condi-
tio habetur pro adimpleta, ſecundum interpretationem,
quę fuit a principio in ipſo teſtamento. Nam pro decla-
86 ratione ſciendum eſt, quod ratio quare † conditio dandi
habetur pro defecta quando non poteſt impleri propter
caſum fortuitum,non obſtante, quod non ſtet per honora
tum quominus impleatur, ſecundum doct. eſt, quia hęc
eſt conditio mixta,& ideo deficit prout alię mixtę l.in te
ſtamento la.ij.l.cum ita datur infra de condit. & demõſt.
l. legatum C. de conditio. inſer. nam ſi eſſet poteſtatiua
non deficeret,uerum ſufficeret,ut haberi poſſet pro imple
ta, quod non ſtaret per honoratum, quominus impleretur,
Bart. & alij in l. quę ſub conditione §. quoties ſupra
de conditio. inſtitu. & in d.l.in teſtamento. Eſt uerum,
quod ego ſolitus ſum aliter dicere, uidelicet quod ratio
quare deficiat conditio dandi, quando non poteſt impleri
per caſum fortuitum, ſit, quia cum adimpleatur in com-
modum alterius, dicetur adiecta hęc conditio non tan-
tum ob id,pareatur teſtantis uoluntati, ſed etiam cõtem
platione actus dationis explicandę in commodum tertij
& ideo ad hoc ut haberi poſſit pro impleta, non ſufficit
quod honoratus paratus ſit illam adimplere, & non ſtet
per eum, quominus pareatur teſtantis uoluntati, uerum
requiritur quod actualiter detur,& ita procedit tex. in d.
l.in teſtamento. Si uero eſſet conditio quę ſolum cenſe-
retur adiecta ob id, ut pareretur teſtantis uoluntati, non
autem contemplatione actus deducti in conditione, quia
non tendit ad commodum alterius quod conditio implea
tur,prout in hac,ſi aſcenderit capitolium l.ſi iam facta in
fin. infra de cond. & demon. & in illa, ſi titius poſuerit
ſtatuas in municipio.l.ſi titius eod titu. de condi. et dem.
tunc ſemper habetur pro impleta, et quandocunque con-
ſtat,quod non ſtat per honoratum quominus pareatur uo
luntati teſtantis,ut dicitur in.dd.ll. quod latius alibi de-
claraui, nunc non proſequor, quia non pertinet ad mate-
riam noſtram. In propoſito igitur, quando is,cui dan-
dum eſt gratia implendi conditionem a ſeruo,cui ſit reli
cta libertas,uiuit tempore quo teſtator moritur, a princi
pio ſumitur iſta interpretatio, quod hæc conditio ſit mix
ta, ſecundum rationem doct. uel ſecundum rationem
meam, quod intelligatur adiecta non ſolum ob id, ut pa-
reatur teſtantis uoluntati,ſed etiam contemplatione da-
tionis, nam tunc non ſubeſt ratio ſeu cauſa, quare aliter
debeat intelligi quam ſit ex natura ipſius conditionis, &
ſecundum iſtam interpretationem nunquam poſſet habe
ri pro adimpleta,caſu quo is decederet,antequam ſeruus
eidem daret. Quinimmo diceretur deficere. Sed ſi ha-
betur pro adimpleta iſtud contingit,quia illo mortuo,lex
fauore libertatis recedit ab illa interpretatione,quæ fuit
a principio in ipſo teſtamento, & de nouo interpretatur,
quod intelligatur conditio mere poteſtatiua, ſecundum
rationem doc. uel ſecundum rationem meam intelliga-
tur adiecta ob id tantum, ut pareatur teſtantis uolunta-
ti, & ſic habetur pro adimpleta dicta conditio, aliter il-
lam intelligendo uel interpretando,quam intelligeretur
a principio in ipſo teſtamento,ſed quando is cui erat dan
dum,mortuus eſſet ante teſtatorē, quia a principio ſubeſt
ratio ſeu cauſa, quare fauore libertatis intelligi debeat
illa conditio dandi poteſtatiua, uel adiecta ob id ſolum
ut pareatur teſtantis uoluntati, & aliter quam regulari-
ter intelligi ſoleat,tunc a principio,a lege dicta conditio
eo modo interpretatur, ut ſic poſſit haberi pro impleta
omni caſu,quo non ſtabit per ipſum ſeruum,quominus pa
reatur uoluntati teſtantis, iccirco hoc caſu dicitur fieri
liber ex teſtamento, quia conditio habetur pro impleta
ſecundum illam interpretationem primam, quæ fuit a
principio in ipſo teſtamento. Et ideo dico,quod non eſt
ea ratio,quam dicebant Bart. & doct. uidelicet quia ha-
betur pro impleta de iure ſpeciali, non de iure commu-
ni, ſed quia habetur conditio pro impleta ſecundũ aliam
interpretationem,diuerſam ab ea,quæ fuit a principio in
ipſo teſtamento. Ita dicendum eſt circa intellectum dd.
H. Verum modo ex hac differentia cauſatur hic effectus,
87 † quod primo caſu detur actio ex teſtamento, alio uero
detur actio in factum,uel conditio ex lege,prout dicebat
Bar. hic, & communiter doct. debes aduertere quia iu-
dicio meo doct. non bene loquuntur, nam non reperitur,
quod iure conſtituto conditio habeatur pro impleta, niſi
in caſu prædicto fauore libertatis, & pro libertate nun-
quam competit actio,per quam quis conſequatur liberta
tem,ſed ſolum actio per quam quis declaretur liber, uel
ſe defendat,& tueatur in libertate. Nam ſi ſit directa ſit
ipſo iure liber, ſiue ex teſtamento, ſiue iure conſtituto, ſi
ſit fideicommiſſaria, poſt moram ſit liber per ſenatuſcon
ſulta abſque manumiſſione,ut dictum fuit ſupra in tertia
dubitatione, propterea non poteſt competere, nec actio
ex teſtamento,nec actio in factum,uerum agere debet ro
gatoria,per quam petat ſe liberum declarari,quæ non eſt
perſonalis,ſed in rem,de qua habetur in l. ſi de poſſeſſio-
ne C.de probatio. An autem poſſit in alia re,quam in li-
bertate haberi dicta conditio pro adimpleta ex ſpeciali
priuilegio,in iure ego non reperio iſtud niſi in libertate,
ſolum poſſet attentari, quod etiam hoc in legato relicto
ſeruo una cum libertate, ſub ea conditione dandi, caſu
quo mortuus eſſet is, cui erat dandum, ante teſtatorem,
nam tunc quia a principio fauore libertatis intelligitur
eo modo, ut haberi poſſit pro adimpleta, quandocunque
non ſtabit per ſeruum, quominus pareatur uoluntati te-
ſtantis uidetur etiam eo modo intelligi, quoad legatum,
prout quoad libertatem, ut ſit uniformis interpretatio l.
iam hoc iure ſupra de uulg. & pro hoc facit, quia hoc ca-
ſu ſit liber ex teſtamento,ut dictum fuit ſupra per tex. in
d.l.ſtichum §. pen. igitur legatum debetur, hoc uidetur
uelle tex. in d.l.ſi peculium §. is cui, a contrario ſenſu.
Nam dum dicit, quod ea ratione non debetur legatum, in
caſu illo,quia ſit liber ex conſtituto iure, potiuſquam ex
teſtamento, ſic & quia habetur conditio pro impleta,ex
conſtituto iure,magiſquam ex interpretatione,quę fuit a
principio in teſtamento,uidetur uelle,quod ſi haberetur
pro impleta iuxta illam interpretationem,quę fuit a prin
cipio teſtamenti. fauore libertatis,quod etiam legatum
deberetur & tenendo iſtud,poſſet tunc dubitari; an ad le
gatum ipſum competeret actio ex teſtamento; uel actio
in factum, uel conditio ex lege, & in hoc ego dicerem,
quod competeret actio ex teſtamento,cum petatur ex ea
diſpoſitione legati; cuius conditio habetur pro impleta,
iuxta interpretationem, quę fuit a principio in ipſo te-
ſtamento. Dubitatur etiam hic per Alexan. & alios
88 Mod. †an pro legatis debitis hęreditate non adita ex di-
ſpoſitione ſtatuti competat actio perſonalis, in qua dubi
tatione ſunt tres opiniones,prima, fuit Bald. in l.j. C. ſi
omiſ. cauſa teſta.quod nulla competat actio perſonalis,
quia ceſſat contractus aditionis, ex quo oritur obligatio
perſonalis .l. apud iulianum.§. ſi.ff ex qui.cau. in poſſ.ea-
tur gloſ. in l. unica.§. cum igitur.C.de cad.toll. ſequitur
Alex. hic, qui addit,quod ex quo ceſſat ſubiectum paſſi-
uum, in quo ſubſiſtat obligatio perſonalis, & aduerſus
quod poſſit implorari officium iudicis quod propterea ne
dum competeret officium iudicis, per not. per Ang. imo.
& alios in l. qui filio.§ j. ſupra de hæc. inſt. alia fuit opi
nio Soc.quod immo competit utilis actio perſonalis ex
teſtamento, quia ſicut ſtatutum uoluit, quod legata de-
beantur non obſtante, quod hæreditas non ſit adita, uide
tur etiã uelle neceſſarium antecedens. ſ quod detur actio
& ad obiectum ſupra factum reſpondet, quod uerum eſt,
quod antequã detur curator hæreditati iacenti, quod nul
la competet actio perſonalis ex teſtamento, quia nõ eſt
perſona, quæ obligetur, & contra quam agi poſſit, ſed
poſtquam legatarij petierint,quod curator detur dictę he
reditati, iuxta.l ſecundũ.ff.de cura.bo.dan. tunc incipiet
competere utilis perſonalis actio, contra dictum curato
rem quia eſt perſona ipſius, in quo, tanquam in ſubiecto
paſſiuo, ſubſiſtat obligatio, & aduerſus quem agi poſſit,
ſed eius opinio reprobatur per Rui. quia præſupponit,
quod non ſit nata actio, antequam detur curator, & quod
legatarij petant curatorem, cum tamen ſolum hi petant
curatorem, qui habent actionem aduerſus defunctum ut
dicitur in d.l.a.

Tertia fuit opinio Rui. hic, qui dicebat, quod immo
competit actio perſonalis ex teſtamento, & ad obiectum
reſpondet

ctum reſpondet, quod immo adeſt hęreditas, quę poteſt
de nouo obligari ex diſpoſitione l. ſeu defuncti, ut in l. de
bitor de neg. geſt. in l. ad diem ff. de verb. oblig. & in ip-
ſa hęreditate, tanquam inſubiecto paſſiuo ſubſiſtit dicta
obligatio perſonalis, contra quam hęreditatem iacen-
89 tem agi poterit. hęc opinio non placet, quia † hæreditas
non ſit capax alicuius obligationis actiue ſeu paſſiue de
nouo inducende, ſed tantum eius, quæ ſit cauſata in per-
ſona defuncti, vel fingi poſſit cauſata, quia nihil aliud eſt
hæreditas quam ſucceſſio in uniuerſum ius, quod defun-
ctus habuit l. nihil aliud infra de uerb. ſig. hoc idem vule
tes. in l. fin. in fin. ff. de vſucap. & in l. vſusfructus. ff. de
ſtip. ſer. hoc dixit Bald. conſil. lxiij. in fin. in prima par
te, & ibi allegat. l. ſi unus §. fin. ff. de pact. & l. mortuo ff.
de fideiuſſ. & ad d. l. ad diem, eſt ſolutio, quod illa condi-
tio retrotrahitur ad tempus ſtipulationis, ut fingatur quę
ſita ante mortem defuncti ad l. debitor eſt ſolutio, quod
illa obligatio cauſatur ex eo, quod fuit, uerſum in utili-
tatem rerum hęreditariarum, & ſic cauſatur in conſe-
quentiam eorum, quæ ſunt in hęreditate. Ego ſequor
opinionem Bald. & Alexan. quod nulla detur hoc caſu
90 actio perſonalis, nec officium iudicis, † quia credo, q
ex ui huius ſtatuti, hęreditate non adita, bona hęredita-
ria debeant adiudicari legatariis, ſecundum ordinem au-
thenticæ hoc amplius C. de fideicommiſſis, & §. ſi uero
expreſſim in authentico de hæred. & fal. vnde fit, quod
non agerent actione ex teſtamento perſonali, neque offi-
cio iudicis, ſed ſolum actione in rem, contra occupatorem
bonorum, quia ſecuta acceptatione bonorum, eſſent loco
hæredis, & agerent eo modo, quo ageret hæres, & ex hoc
ſequitur, quod non ſit opus dare curatorem, quia lex mu-
nicipalis curationem bonorum & hæreditatis demandat
legatarijs. Prædicta procedunt, quando ſtatutum diſpo-
nit, quod legata debeantur etiam hæreditate nullo mo-
do adita, ſed ſi diſponeret tantummodo, quod debeantur
hæreditate non adita ex teſtamento ita quod requireret-
tur aditio ab inteſtato, ut ita no. per gl. & doc. in d. l. qui
filio §. j. tunc abſque dubio competeret actio perſonalis
contra uenientes ab inteſtato, quæ etiam competit pro le
gatis relictis in codicillis ab inteſtato, ut hic dicunt Bar-
to. & alij. Nam tunc effectus huius ſtatuti eſſet, quod te-
ſtamentum intelligeretur habere clauſulam codicilla-
rem l. codicillis in fi. infra de leg. ij. Alex. in l. nemo po
teſt infra. eo.

Quid modo, ſi ſtatutum diſponens quod legata debean
tur hęreditate non adita, diſponeret etiam quod hęres
inſtitutus omnino teneatur ad ipſa legata. an agatur
actione ex teſtamento uel conditione ex lege. Alexand.
hic dixit, quod conditione ex lege, pro. l. i. ff de condit. ex
lege, per not. per Barto in omnes populi colum. ſi ſupra
de iuſti. & iure, ſequuntur alij hic. Tu vero aduerte,
91 quia ſi ponimus caſum † quando ſtatutum loquatur, quod
filius ſuus, non obſtante repudiatione, teneatur ad legata
uidetur quod omnino competat actio ex teſtamento.
Nam circumſcripto ſtatuto, de iure ciuili eſt ſuus. & ne-
ceſſarius, ſed a pretore habet filius beneficium abſtinen-
di §. ſed his permittit prætor, inſtitu. de hæred. qual. &
diff. & propterea huiuſmodi ſtatutum uidetur auferre &
tollere beneficium abſtinendi quod ſibi tributum fuerat
a prætore & uidetur operari, quod filius ſit ſuus & neceſ-
ſarius abſque beneficio abſtinendi, prout prius erat de iu
re ciuili, ex quo fit, quod ſtatutum non inducat obligatio
nem legatorum de nouo, ſed tollat impedimentum ab-
ſtenſionis, per quam impediebatur ne ipſo iure ciuili obli
garetur ad legata, iccirco adhuc competet actio ex teſta-
mento faciunt, quę dixi ſup. in legatis, quę conſeruantur
per titulum de lega. pręſtan. & ex hoc patet ſolutio ad
tex. in d. l. j. & no. per Bar. in d. l. omnes populi, quia lo-
quuntur in caſu quando per l. nouam inducitur obliga-
tio, ſed in caſu noſtro non inducitur obligatio de nouo
ſed quę prius erat ante beneficium abſtenſionis, remoto
dicto beneficio, conſeruatur. aut vero ſtatutum loquitur
de filio emancipato vel extraneo hęrede, & tunc dico,
quod ſtatutum iſtud non ualeret, prout etiam dicit Iaſ.
hic, quamuis Alex. quem ſequuntur Rui. & do. Rip. tenue

ſit quod ualeat, nam non ſolum irrationabile & abſo-
num eſt, quod pauper poſſit, inſtituendo diuitem, obliga
re illum ad præſtandum maxima legata, ut hic dicebat
Iaſ. ſed etiam eſt abſonum, quod quis cogatur inuitus ef
fici hæres alterius, & obligari oneribus hæreditarijs
quamuis hæreditas eſſet ſoluendo. l. quia poterat infra
ad trebel. quia non debet præſcribi alicui, cur metuat
adire hæreditatem cum plures poſſint eſſe rationes, per
quas iuſte recuſat adire, & abſque ratione, & irrationabi
liter cogeretur adire, & ideo ſequitur quod non ualeat hu
iuſmodi ſtatutum, capitulo erit autem lex pri. diſtin-
ctione Bart. in dict. l. omnes populi in .3. quæſt 3. prin-
cipalis, nam ſi cogeretur ad ſolutione legatorum, coge-
retur in conſequentiam adire, quia per ſolutionem lega-
torum inducitur aditio. l. ſi aliā. C. de iure delib. Non
ob. deciſio Bald. in l. dotis. C. de iure dotium, quod ua-
leat ſtatutum, quo cauetur, quod Titius repudians, non
obſtante repudiatione, obligetur ad debita paterna
quia ut dixit Iaſ. deciſio Bald. loquitur in filio, qui de iu
re ciuili eſt ſuus & neceſſarius. Nos uero loquimur in fi-
lio emancipato, & uel extraneo. Non ob. quod dicunt
Rui. & Rip hic quod ſtatutum ſit factum cum ratione, ne
quis inuitetur ad adeundum, & ne quis decedat ſine hę-
rede, & conſulatur non tantum defuncto, ſed etiam lega-
tarijs, quia reſpondeo quod immo diſponendo quod lega
ta ualeant etiam hæreditate non adita, uidetur ſatis eſſe
conſultū defūcto ſeu legatarijs, quia bona adiudicaren-
tur ipſis tanquam hæredibus, & eſſent loco heredis, ut in
dict. §. ſi uero expreſſim, & in dict. auct. hoc amplius, ut
propterea nulla ſit, ratio propter quam quis cogi debeat
inuitus ad acceptandum hæreditatem dicti teſtatoris, &
rationabilius, eſt cōſtituere legatarios loco hæredis ipſius
defuncti, quam facere aliquem hæredem inuitum ipſi de-
functo. Nec ſolutio quam ipſi dant ad rationem Iaſo.
procedit, uidelicet quod ſtatutum non uidetur admodum
rigoroſum, attento quod poteſt hæres inſtitutus adeun-
do cum beneficio inuentarij, euitare, ne ex dicta aditio-
ne damnum ſentiat, & non obligetur ultra uires hæredi-
tarias, quia, ut dixi, etiam hoc caſu eſſet rigoroſum & ir
rationabile cogere aliquem adire, & ſe implicare oneri-
bus hæreditarijs cum ſint multe rationes, ob quas time-
re poſſit maximum damnum ex dicta aditione, dict. l.
quia poterat.

Secunda quæſtio principalis Bart. eſt, pro quibus lega-
tis competat rei uendicat. & Bart. diſtinguit tria membra,
& circa primum membrum legati uniuerſalis, ex dictis
Bart. habetis primam concluſionem, quod ſi ſit lega-
92 tum † uniuerſale, quia legata ſit quota hæreditatis te-
ſtantis, quod ante reſtitutionem non competit rei uendi-
catio, nec tranſibit dominium rerū particularium. Quæ
concluſio eſt uera, & ab omnibus approbata. mouetur
Bar. quia iſtud legatum equiparatur fideicommiſſo uni-
uerſali. l. ſi quis ſeruum. § fin. infra titulo primo. l. mulier
§. fi. infra ad trebel. igitur ante reſtitutionem non tranſi
bit dominium rerum particularium, nec rei uendicatio,
prout in fideicommiſſ. uniuerſali. l. facta. l. reſtituta. in-
fra ad treb. ratio prędictorum ſatis patet ex ijs, quæ dicta
ſunt ſupra in gloſſ. circa primam, & ſecundam differen-
tiam fideicomiſſi uniuerſalis.
93 † Alia eſt concluſio Bart. quod ſi ſit legatum uniuer-
ſale quia ſit legatum peculium, quod tūc a principio com
petet rei uendicatio. cōcluſio Bart. eſt uera, & ab omni-
bus approbata, pro qua eſt caſus, quem Bart allegat in l.
ſi peculium infra de pecul. lega. intelligenda tamē eſt iſta
concluſio, quod competat rei uendicatio ad particularia
corpora peculij, ita loquitur tex. in d. l ſi peculium, ſed
non ad ipſam uniuerſitatem peculij, quia cum ſit uniuerſi
tas iurium et corporum, non poteſt uendicari. l. uendica-
tio. ff. de rei uendi. Bart. & doct. in rub. ſupra ſolut. ma-
trim. Sed iuxta iſtam concluſionem ſtat difficultas, quæ
ſit ratio diuerſitatis inter legatum quote hæreditatis, &
legatum peculij, nam prima facie uidetur, quod non ſit
differentia, quia ſicut hæreditas non poteſt uendicari,
ſed ſolum petitur actione perſonali, ſeu uiſata. Idem eſt
in ipſa uniuerſitate peculij dict. l. uendicatio, & ibi Bar

et Bart. in dict. rub. ſolut. matrim. et ſicut in hæreditate ſunt actiones actiue et paſſiue, ſic etiam in uniuerſitate peculij. l. j. §. item ſi eres. ff. quando ac. de pecu. eſt anna. l. & an ancillarum. §. ſi ſeruus. ff. de peculio. d. l. peculium, reſpondeo, quod in legato quote hæreditatis, quia ad eius ualiditatem requiritur, quod hæreditas prius per aditionẽ ſit acquiſita hæredi. l. ſi. nemo. ſup. de teſt. tutel. toto tit. infra de treb. iccirco non potuit acquiri legatario, ſeu fideicommiſſario, niſi fiat reſtitutio per hæredẽ, & propterea nec etiã potuit acquiri dominium rerum particularium, quæ ſolum acquiruntur in conſequentiã acquiſitionis hæreditatis, ut dictum fuit ſupra circa primã differentiam aliud eſt in legato peculij, quia ad eius ualiditatem non requiritur quo peculium tranſeat in dominiũ hæredis, iccirco poteſt directo ſine actu hæredis tranſire a teſtatore in legatarium. l. a Titio. ff. de furtis, & in conſequentiam dominium rerum particularium ea iſtentium in peculio, & ſi iterum inſtabis, quia, etiam in caſibus, in quibus hæreditas acquiritur ſine reſtitutione, quos enumerat gloſ. in l. penul. C. ad treb. non tamen acquiritur hæreditas & dominium rerum particularium, antequam ſit hæreditas accepita per fideicommiſſariũ, ſeu legatarium. l. j. §. ſed quoties. l. cogi §. merianus infra ad trebel. quia in hæreditate ſunt actiones actiue, & paſſiue, ut dictum fuit ſupra igitur idẽ dici debet in legato peculij, quod licet ad eius acquiſitionem non requiratur reſtitutio ſeu ceſſio heredis, quod tamen requiratur acceptatio legatarij, ex qua continet actiones paſſiuas dom. Rip. hic fatetur contrarium, quòd non acquiratur ante acce
94 ptationem. Tu uero dic, quòd actiones † paſſiue de peculio non ſunt mere perſonales, ſed uel ſunt perſonales in rẽ ſcripte uel dicũtur perſonales cũ adiectione rei, & propterea cõpetunt ſolum contra poſſeſſorem peculij, quamuis nõ ſit dñs, ita declarat Barto. in l. j. col. 4. ff. de peculio, & propterea ſequitur, quòd non impediunt acquiri dominium peculij ipſo iure ante agnitionem, nam non tranſeunt actiones poſſiuo, nec obligationes in legatarium cum ipſo ire peculij, ante traditionem peculij, ſed reſidẽt penes eum, qui eſt poſſeſſor peculij, ut eſt tex. in d. §. item ſi hæres, & Bart. in d. l. j. non ſic in hæreditate, quia in ea ſunt obligationes mere perſonales, quæ reſident in ipſo iure hæreditatis, & cum eo tranſeunt, quamuis non tranſeat poſſeſſio rerum hereditarium. l. j. infra de bono. poſ. l. cum heredes in princ. infra de acquiren. poſſeſſ. & ideò, quia nõ tranſit ius hereditatis ſine dictis obligationibus, non poteſt acquiri reuocabiliter ante agnitionem, quia ipſe obligationes non poſſunt acquiri reuocabiliter. Nam hoc implicat contradictionem, quod ſit obligatio, & ſic in uoluntate, an quis uelit eſſe obligatus, uel ne; quia non erit aſtrictus ex neceſſitate, quod eſt de ſubſtantia obligationis inſtitu. de obligatio. in principio.

95 Alia eſt concluſio, quòd in legato uniuerſali † gregis illico competit rei uendicatio. Concluſio eſt uera; & ab omnibus recepta, & de ea eſt caſus in l. ſi grege infra eod. & ſecundum Iaſo. hic non tantum uendicatio competit contra uniuerſitatem gregis. ut dicit tex. in d. l. uendicatio, & in l. j. in fin. ff. de rei uendica, ſed etiam contra ſingula corpora, Rui. uero dicit hic, quod ſingula corpora non uendicantur, ſed ſolum uniuerſitas gregis, per text. in d. l. j. in fin. contra quem text. ſecundum eum inaduertenter Iaſ. dixit, ſed dic quòd immo etiã ſingula corpora uendicantur, ut eſt caſus in d. l. ſi grege, nec text. in d. l. j. in fin. dicit oppoſitum, quia licet dicat, quod quamuis ſingula corpora non ſint actoris, quòd tamen gregem poteſt uendicare, quia uendicat gregem, non ſingula corpora, & ipſe eſt dominus gregis. Non tamen negat, quod ſi ſingula corpora ſint ipſius, qui ſit dominus gregis, quin ſingula corpora poſſint uendicari.

Quæ uero ſit ratio cur uniuerſitas gregis, non autem peculij poſſit uendicari, declarant Bart. & alij in d. rubr. ſoluto matrimonio ubi etiam dixi, die uti ibi.

Circa aliud membrum legati generalis concludit Bar. quod licet in caſu, quando ſi generale, ex quo legata ſint omnia bona, non tranſeat dominium, nec competat uendicatio, ante reſtitutionem, quia habet uim fideicommiſſi, uniuerſalis, ut. l. quoties. §. ſi. ff. de uſufruct. & dict. l. cogi in principio, & declarat idem Bar. in l. ſi quis ſeruum. §. ſi. infra titu. j. quod tamẽ in legato generali par-
96 tis bonorum, ſtatim competit rei uendicatio † ita Bart. hic, dum ſe remittit ad not. per eum in l. non amplius. §. ſi. infra eodem ubi expreſſe hoc dicit. Concluſionem Bar. ſequitur Imo. in d. §. & pro illa uidetur text. in l. poteſt infra eodem ubi dicitur, quod legatarius poteſt uendicare portionem, ſed communiter doct. in dict. §. ſi. & in l. ſi quis bonorum in princip. infra eodem. tenet contrarium, quia non poteſt a principio competere rei uendicatio, cum non tranſeat a principio dominium in legatarium partis bonorum, ut per Bart. & docto. in dict. l. ſi quis bonorum per illum text. qui uult quod non debeantur fructus legatario ex huiuſmodi legato, niſi a die more. Nam cum ſit in facultate hæredis ſoluere eſtimationem, uel præſtare partẽ bonorum. dict. l. nõ amplius. §. ſi. igitur non tranſibit dominium ipſo iure, ſicut nec tranſit ea legato alternatiuo. l. huiuſmodi. §. ſi ſtichum infra eodem Rui. uero hic dicit, quod immo ex legato partis bonorum tranſit dominiũ ipſo iure, quia bona tantũ ſunt in obligatione, eſtimatio uero eſt in facultate ſoluendi, ideo ob id non impeditur tranſlatio dominij rei legate. l. ſi quando. §. j. & ibi Bart. infra. eodem & ad id quod dicitur de legato alternatiuo, reſpondet quod utrunque eſt in obligatione, & ideo impeditur tranſlatio dominij.

Quid dicendum. Ego concludo, & hæc eſt ueritas, quod ſi querimus, an ex huiuſmodi legato partis bonorum tranſeat ſtatim dominium recta uia in legatarium, & dico quod non prout eſt communis opinio Bart. & aliorum in dict. l. ſi quis bonorum, per illum text. & quia licet bona ſint ſolum in obligatione, & eſtimatio ſolum in facultate ſoluendi, tamen cum ſit incertitudo, in quo ſieri debeat executio legati, iccirco debet impediri tranſlatio dominij, quæ ſit a lege. Nam cum ea reſpiciat executionem legati, non obligationem, ideo ad impediendam dictam dominij tranſlationem, ſufficit quod ſit incertitudo rei, in qua fieri debet executio legati, quamuis non ſit incertitudo rei, que ſit in obligatione. Si uero querimus, an ex dicto legato ſtatim competat rei uendicatio legatario, ut illico poſſit partem bonorum uendicare, concludo quod ſic, & ita procedat opinio Bart. in dict. l. non amplius. §. ſi. & tex. in dict. l. poteſt. Dices tu quod iſta duo uidentur implicare contradictionem, quod non tranſeat dominium, & competat rei uendicatio. Reſpondeo quod hoc non eſt uerum, nam licet quis a principio non ſit dominus, dummodo tamen certum ſit, quod aquiſiturus ſit dominium in litis cõteſtatione, poterit proponere rei uendicationem, & iudicium procedet, quia ſufficit, quod actio ſit competitura in litis conteſtatione, caſus eſt in l. ſi Titius, & ibi declarant gloſ. & Bart. infra de uerb. obligat. no. in l. nuda. C. de contrahen & comit. ſtipulatione. Cum igitur hæres ammittat illam facultatem ſoluendi eſtimationem, quando patitur litem conteſtari ſuper bonis antequam offerat eſtimationem. d. l. ſi inſulam & quod ibi. no. ff. de uerb. obliga. & ſublata dicta facultate illico tranſit dominium & uere competit rei uendicatio legatario, propterea ſequitur quod a principio potuit rei uendicatio intentari, & hoc modo iſte opiniones poſſunt reduci ad concordiam et ſaluatur Barto. a contrarietate.
97 Nec ob. ſi dixeris, † quod in legato alternatiuo uidetur eſſe eadem ratio, quia dum hæres patitur litem conteſtari ſuper uno, uidetur illud elligere dict. l. ſi Titius. l. quod in hærede. §. elligere. ff. de tribut. Reſpondetur, quod ideo non poteſt competere rei uendicatio ad unum, quia non ſumus certi, quod ad illud cõpetat rei uendicatio in litis conteſtatione, cum poſſit elligere debitor quod aliud ſit in obligatione nec contra id quod ſupra dixi, quod ſtatim non tranſeat dominium, obſtat text. in l. ſi quando §. j. infra eodem allegatus per Rui. et quod ibi dicit Bart, Nam ſi uolumus intelligere quod text. ille uellit, quod agatur rei uendicatione. Solutio erit quod intelligi debet ſecundum prædictam diſtinctionem quod poſſit agi rei uendicatione, non quia ſtatim tranſeat dominium

nium a principio,ſed facta mora per hęredem in præſta
tione quantitatis,& ſic in litis conteſtatione tranſibit do-
minium, & uere competet rei uendicatio, & ita intelli-
gi debet, quod ibi dicit Barto dum dicit quod ſimpli-
citer tranſit dominium, quia intelligi debet poſtquam
hęres fuit in mora, dum patitur litem conteſtari ſu-
per fundo, antequam offerat quantitatem, ne uideatur
contarijs, quę dixit in dict. l.ſiquis bonorum. Credo ta
98 men quod text. ille in d.l.ſi quando.§.j † non loquatur
de rei uendicatione, ſed de actione hypothecaria, quic-
quid dicat Barto.ibi Nam tex. loquitur in fideicommiſ-
ſo, ex quo,de iure fforum, non competebat rei uendica-
tio, quia hoc de nouo fuit inductum per Iuſtinianum.l.j.
& ſecunda.C.communia de lega ut dictum fuit ſupra in
gloſſ.j. & ex fideicommiſſo de iure ffc rum non poteſt ac-
quiri dominium fideicommiſſario ipſo iure, ſed requiri-
tur miniſterium & opera grauati hęredis,ut ſupra dictum
fuit, nec poſſumus dicere, quod in caſu dict. l.ſit ſpecia-
le, propter alienationem factam ab hærede grauato,quia
quod per alienationem rei ſubiectę fideicommiſſo acqui-
ratur dominium ipſo iure fideicommiſſario, & rei uendi-
catio, fuit inductum de nouo per Iuſtinianum.l.ſi.C.com
munia de lega.& ideo neceſſario tex. ille debet intelligi
de perſecutiōe fundi, ratione hypothecę,quę de iure ffo-
rum competebat pro re relicta per fideicommiſſum,ut in
fra dicetur in queſtione de actione hypothecaria Nec ob
ſtat quod text. ille dicat in fine, quod eſtimatur fundus,
quæ eſtimatio non cadit in hypothecaria. Nam reſpōdeo
quod ſenſus illius text eſt, quod dum agitur contra hære
dem, eſtimatur fundus aduerſus quem hæredem non com
petit hypothecaria, cum nec etiam poſſideat fundum,ſed
perſonalis actio,ſed dum agitur hypothecaria cōtra illum
in quem facta fuit alienatio, quod his poſſit, præſtando
illa centum, inhibere illam rei perſecutionem, quia ſicut
hæres præſtando illam ſummā, caſu, quo non poſſit præ-
ſtare rem, liberaretur, eodem modo ille tertius, præſtan-
do illam ſummam, poſſit liberare illā rem ab hypotheca,
& a perſecutione illius pignoris, & tenendo iſtum intele
lectum, quem puto uerum, text.ille nullo modo obſtaret
prædictis.

Circa tertiū membrū legati ſingularis ſeu in ſpecie plu
ra concludit Bart primū quod ſi legatum ſit in genere ſeu
alternatiuum, quod ante electionem non competit rei
uendicatio pro primo Bart. allegat tex. in l.apud amphi-
dium infra de optio.lega.&.l.3.§. ſciendum.ff. ad exhib.
pro ſecundo allegat tex. in d.l.apud amphidium & in l.hu
iuſmodi.§. ſtichum infra eod.& in l. ſtatu liberum §. ſti-
chum infra tit.i. iſta concluſio eſt uera, nec habet diffi-
cultatem. ſecundo concludit Bart quod ex legato in ſpe-
cie, pure & ſimpliciter facto,regulariter tranſit ſtatim do
minium, ipſo iure, & competit rei uendicatio.l.ſi tibi ho-
mo.§.cum ſeruus infra eo.d.l.a Titio.ff.de furtis.l.j.C.com
munia de leg.hanc concluſionem limitat Bart.primo.quā
do legatur res aliena.l. rem alienam. C. eod. l.non du-
bium infra de lega.3.& quando legatur res hæredis l. ſi hæ
99 redis ſeruus infra eod.ſed ſtat difficultas, † an hæc limita
tio procedat, quando dominus rei conſentit teſtatori,Iaſ.
hic poſt Ang.in l j C.communia de lega.qui loquitur in
re extranei,& poſt Bal.in d.l.j. qui loquitur in conſenſu,
& re hæredis, tenet quod ſic, per rationes de quibus hic
per eum.in contrarium Iaſ. ponderat doct. Bar.ſup. in 3.
col.dum dicit, quod non poſſum tibi dare rem alienam,
niſi redimam, uel ille conſentiat, ſed non obſtat, quia
uerba Bar. denotāt quidem, quod conſenſus domini cir-
ca actum dationis operetur tranſlationem dominij, non
quod conſenſus circa actum legandi tantum illud opere-
tur, ita quod non requiratur tradito. Limitat etiam Bar.
ut non procedat in re legata, ut per hęredem uendatur,
quia eo caſu non tranſit dominium, nec competit rei uen
dicatio niſi oblato prætio.l.uxori §.agri plagam infra de
legat. 3. ſed an oblato pretio competat rei uendica-
tio, ſunt opiniones, de quo dicas ut per Bart. ibi iuxta
iſtam concluſionem ſunt plures dubitationes, prima eſt
100 ante hæc concluſio procedat in legato tacito, † ut ex
eo tranſeat dominium ipſo iure, & competat rei uen-
dicatio,in hoc ſunt opiniones. Nam Bart.hic,& in l.ſer-
uum filij §.ſi.infra eo.tenet quod non,ſequuntur commu-
niter doct.hic, ibi,per tex in d.l ſeruum filij § ſi. & in
l.emptor §.ancillam iuncta gl ſi. de rei uendicatio, & in
l.j. §. ſi decem, & quod ibi not. Bar infra ut lega.nomine
caueatur,& quia in ſimili habemus quod licet in donatio
ne expreſſa oriatur actio.l.ſi quis, argumentum C. de dona-
tio. non tamen oritur ex præſumpta,& tacita.Barto.in l.
iuriſgentium §.quinimmo ff. de pactis Bal & Ang.in ea.
l.§.ſed cum nulla.

Cootrarium tenuit Aret.in d.l.ſeruum filij §.ſi ſequi-
tur Rui.hic, per tex. in l. ſi fundum ſub conditione §. qui
fundum infra eod.& quia ex tacita donatione,quæ reſul-
tat ex eo,quod quis rem ſuam conducit ab eccleſia,tranſ-
fertur dominium ipſo iure in eccleſiam,prout ex expreſ-
ſa Bart. & Alexan.in l. ſi rem aliquam ff. de acqui.poſ.&
ideo ex tacito legato,eodem modo debet transferri domi
nium,prout ex expreſſo. Præterea hæc diſpoſitio quam-
uis tacita debet intelligi legatum,& fideicommiſſum l.ſe
cunda C.communia de leg igitur ex ea debet tranſire do
minium ipſo iure, quia alias non poſſet ualere in uim le-
gati,ut ſupra dictum fuit, circa intellectum d.l.ſecundæ.
Quid dicendum, abſque dubio uera, & indubitata eſt
communis opinio,per iura ſupra allegata,nam ſolutiones
Aret.& Soc.non poſſunt procedere,ut ſtatim dicam.pro-
batur etiam dicta communis concludenti ratione. Nam
ſi relictum debet eſſe tacitum, requiritur quod ſolum
proueniat ex interpretata uoluntate, præter & ultra ſi-
gnificatum uerborum,quia ſi ex ſignificatione uerborum
eſſet expreſſum,non tacitum,Bar.in l.uxorem §.agri pla-
gam infra de le. iij. in l. prætor in princ. infra de ope.no.
nuntia. in l. fideiuſſor. §. meminiſſe. infra eod. igitur ſe-
quitur quod non poterit eſſe legatum, ſed ſolum fidei-
101 commiſſum quia † ut ſupra diximus in rubrica,diſpoſi-
tio, quæ ſolum prouenit ex tacita uoluntate, præter &
ultra ſignificationem uerborum, nunquam dicitur eſſe
legatum. ſed fideicommiſſum. Nec obſt. tex. in d.l. ſe-
cunda,quia aduertendum eſt,quod d.l.diſponit,quod ea-
dem uerba ſignificant utrunque, & legatum, & fideicom-
miſſum, & propterea bene ſequitur, quod ubi diſpoſitio
fideicommiſſi ſit expreſſa per eius uerba, quod intelligi-
tur etiam eſſe legatum, tamen non ſequitur,quod ubi di-
ſpoſitio fideicommiſſi non ſit expreſſa per uerba, ſed ſo-
lum proueniat ex tacita uoluntate, præter & ultra ſigni-
ficatum uerborum,quod illa diſpoſitio intelligatur lega-
tum, quia hoc non dicitur in d. l.& ex tacita uoluntate
non inducitur legatum, ſed ſolum fideicommiſſum, ex
hoc neceſſario ſequitur, quod quia non ſit legatum, ue-
rum ſolum fideicommiſſum,quod non poteſt tranſire do-
minium ipſo iure,quia hic effectus, quod tranſeat domi-
nium ipſo iure,ſolum cauſatur in quantum diſpoſitio ua-
let in uim legati dictum fuit ſupra circa intellectum l. no
102 ſtræ, & dictæ l. ſecundæ ex quibus ſequitur † quod ue-
rus eſt intellectus Barto. ad text. in d. l.ſeruum filij §.ſi.
quod ratio. quare illa ſeruitus uie non ſit ipſo iure con-
ſtituta, ſit ex eo, quia relictum uie ſit tacitum,& propte-
rea ſolum ualet in uim fideicōmiſſi. Nam alius intelle-
ctus Aret. quod ratio ſit, quia uſufructuario non debetur
ſeruitus, ſed ſolum facultas facti.l. ij. §. j. ff. ſi ſer. uen-
dic. nullo modo poteſt procedere,tum per illud quod di-
cit Soc. quod immo ibi conſtituebatur ſeruitus l dam-
nas §. fin. infra de uſufruc. lega. tum per illud, quod di-
cit Rui. hic, quod fructuario debetur ſaltem ius eundi
perſonale, quod poteſt ipſo iure conſtitui,ut in d.l.dam-
nas § fin. Nam pro intelligentia debes aduertere, quod
in caſu d.l.ſeruum filij §. fin. & d. l. damnas §. fin. quan-
do non poſſet haberi aditus ad fundum, cuius uſufructus
eſt legatus, niſi per fundum alteri legatum, in conſequen
tiam uidetur uelle teſtator, conſtituere ſeruitutem, non
tantum ad commodum fructuarij, ſed etiam ad commo-
dum hęredis, ad quem pertinet proprietas fundi, quia eo
caſu, etiam quod non eſſet legatus uſusfructus, tamen
poſſet hęres excipere ſeruitutem uie per fundum lega-
tum l teſtatrix in principio.ff.ſi ſerui. uendicetur,decla-
rat Barto. in l.i. ff. de ſeruitu. leg. & illa ſeruitus non eſt

ipſo iure conſtituta, ſed neceſſe habet hæres illam ſer-
uirtutem redimere, et poſtea præſtare fructuatio, quamuis
igitur fructuatio acquiratur ſolum ius perſonalem eundi
uel facultas facti, ſeruitus tamen eſt in illo relicto taci-
to, quæ tamen non eſt ipſo iure conſtituita, cum non ha-
beat cauſam continuam, & relictum ſit tacitum, ut per
Bart. in d. l. j. & per hoc tollitur etiam alius intellectus
Pet. & Imo. ad illum text. quem refert. & ſequitur Rui.
hic, quem etiam ex alio reprobat Alex. in d §. fi. & in l. ſi
ſocer. § lucius. ff. ſolu. mat. Eodē modo iufertur, quòd ue-
103 rus ſit intellectus gloſ. Bart. & aliorum, † ad text. in d. l.
emptor. §. ancillam, uidelicet quod in text. illo non tran
ſeat dominium ipſo iure, ex quo relictum ſit tacitum præ
ter & ultra ſignificatum uerborum, & probatur ex uerbis,
de quibus in text. dnm ibi dicitur, quod peculium nō fuit
legatum, & quod mancipium ſit hæreditarium, non obſtā
te quod uideatur ſibi tacite relictum, ex quo eam filiam
ex hæredauit contemplatione dotis, & peculij, ea ratione
redita, unde ſequitur, quòd illud tacitum relictum nō po
teſt ualere in uim legati, & quòd ex eo non tranſit domi-
nium, quinnimo mirum eſt, quod Aret. & Rui. poſt Imo.
& Alex. in d. §. lucius intelligant aliter illum text. uide-
licet quòd dominium tranſeat ipſo iure ex illo relicto, &
quòd ideo ibi dicitur, quòd detur exceptio, quia filia erat
in poſſeſſione. Nā cum de iure ſlorum clarum eſſe, quòd
ex fideicommiſſo non poterat tranſire dominium ipſo iu-
re, ut ſupra dictum fuit, quia nec competebat rei uendica
tio, clarum etiam erat, quòd ex ſola mente preter & ul-
tra ſignificationem uerborum non poterat induci legatū
ſed ſolum fideicommiſſum, ut patet ex ijs, quæ dicta fue-
runt ſupra in rubr. impoſſibile eſt igitur, quod in caſu d. §.
ancillam, ex illo tacito relicto, quod inducitur præter, &
ultra ſignificationem uerborum, poſſit tranſire dominium
ipſo iure, & expreſſe text. ille præſupponit, quod hæres
habet rei uendicationem contra filiam, ad ancillam, ſed
quod filia ſit tuta exceptione, igitur apperte uult, quod
104 non tranſeat dominium. ad text. † in d. l. ſi fundum ſub
conditione. §. qui fundum procedit ſolutio Soc. licet Rui.
dicat, quod non habet rationem in ſe, ibi enim teſtator le
gauit fundum excepta uilla, ſeu edificio quo caſu apparet
quod teſtator non uoluit legare fundum liberum, ſed cum
illa ſeruitute, & ideo ſequitur quod ſeruitus non ſit con-
ſtituta ex nouo tacito relicto, ſeu ex noua tacita diſpoſitio
ne, ſed ex quo legatum expreſſum fundi fuit reſtrictum,
quia nō intelligitur legatus fundus liber ſed cum illo one-
re, & propterea intelligitur conſtituta in ipſo legato ex-
preſſo de fundo cum dicta exceptione, ad aliud, quod ex
ficta & præſumpta donatione tranſit ipſo iure dominium
in eccleſiam. Solutio eſt, quod in caſu illo ultra fictum ti
tulum donationis, eſt etiam ficta traditio, in eo quod quis
conducit rem ſuam ab eccleſia, & ideo non bene dicitur,
ex ſola tacita donatione dominium transferatur, quia
transfertur, mediante tacita, ſeu ficta traditione, ad il-
lud quod poſſet etiam in contrariū adduci, uidelicet quod
ſicut ex expreſſo legato ſeu fideicōmiſſo tranſit dominiū
ipſo iure ſit ex tacito, quia par eſt uirtus taciti, & expreſ
ſi. l. cum quid. ff. ſi cert. pet. ſolutio eſt quod in caſu tacito
eſt ſolum fideicommiſſum, & ideo non tranſit, quia etiam
ex fideicommiſſo expreſſo non tranſit, ſed tranſit ex lega-
to, quia intelligitur etiam eſſe legatum.

Habes igitur ex prædictis notare quòd diſpoſitio fidei-
105 comiſſi, quæ prouenit ſolum ex uoluntate, † ſolū ualet
in uim fideicommiſſi, nunquam autem ualet in uim lega
ti, & quòd diſpoſitio. l. ij. quæ uult quod eadem diſpoſitio
ualeat utroque modo, & in uim legati, & fideicommiſſi,
ſolum habet locū in caſu, quo diſpoſitio illa ſit expreſſa,
& proueniat ex ſignificatione uerborum, non autem ſi ſo
lum ex tacita mente. Habes etiam inferre, quòd ubi di-
ſpoſitio ſolum ualet in uim fideicommiſſi, ex eo non tran
ſit dominium ipſo iure, ex quibus habes, quòd eſt utili-
tas maxima aliquando cognoſcere, an ex ſola uoluntate
præter & ultra ſignificationem uerborum inducatur lega
tum, an uero fideicommiſſum.

106 Secunda eſt dubitatio, quando † ex legato in diem
tranſeat dominium, & incipiat competere rei uendica-
tio, Alex. & communiter doc. ut hic referunt Iaſ. et Ri-
pa, concludunt, quod ante diem non tranſit dominium
per l. ſempronius aulalus infra de uſufruc. leg. l. ſi uſum
fructum. §. plane. ff. uſufruct. quemad. caueat, et præſuppo
nunt omnes, quod ſtatim poſt diem ipſo iure tranſeat do
minium. Iſta concluſio communis eſt uera, nam qua ra-
tione ante diem debet transferri dominium cum ante euē
tum dies nihil operaretur, & quemadmodum dies ſuſpen
dit executionem legis. Cor. in l. fi. § ſed quia. C. commu-
nia de legatis, eodem modo ſuſpendit translationem do-
minij. aduerte tamen, quia adueniente die fingetur quæ
ſitum dominium legatario, uſq; a die mortis. l. ſi poſt die.
§ fi. infra quando dies lega. ced. & ideo ante diem dicetur
legatum, quia fingetur ante diem facta donatio rei lega-
te, & delibatio hæreditatis.

107 Tertia eſt dubitatio, an † pro legatis conſeruatis per ti
tulum, ſi quis omiſ. cauſa teſt. competat rei uendicatio.
in hac dubitatione ſunt opiniones, nam Bal. & Sal. in. l. fi.
C. ſi omiſſ. cauſa teſta. & Angel. in. l. unica in eo. titulo, te-
nent, quod competet a principio rei uendicatio, nec ex
dicto legato dominium ſtatim ipſo iure tranſibit. Mouen
tur, quia licet per illud edictum conſeruentur legata,
non tamen conſeruantur priuilegia legatorum, & quia eo
caſu hæres obligatur ex delicto uidelicet propter fraudē,
ſeu dolum. quem committit in ommittendo ex teſtamen
to, & adeundo ab inteſtato, ideo non competit rei uendi-
catio, nec hypothecaria, quia non oriuntur ex delicto. l.
reſcripto in princ. ff. de pec. Contrarium tenuit Alex. hic
col. xviii. & Cor. in. d. l. fi. Ego ſequor iſtam opinionem,
quod competat rei uendicatio, & tranſeat ipſo iure do-
minium ex huiuſmodi legatis. Nam dum per illud edi-
ctum legata conſeruantur, fit etiam, quod ualeant in uim
legatorum, icciréo in conſequentiam fit, quòd ex ipſis le
gatis dominium tranſeat ipſo iure ſine miniſterio graua-
ti quia alia non ualerent in uim legati ut dictum fuit ſu-
pra circa intellectum. l. noſtræ, & l. ii. C. communia de leg.
& ideo dico, quod tex. in l. ſi eadem. ff. ſiquis omiſſ. cauſa
teſta. qui uult. quod legatarius in caſu illius edicti uendi
cabit, intelligi debeat proprie de rei uendicatione, licet
Iaſ. ſupra in præcedenti quæſtione principali de actione
perſonali, aliter intelligat illum tex. Non ob. quod non
conſeruantur priuilegia legatorum, quia reſpondeo.
quod translatio dominij ſine miniſterio grauati hæredis
uenit ex natura legati, non ex priuilegio, quia ſi
non fieret dicta translatio, non competeret diffinitio
legati, ut dictum fuit ſupra in rubrica, & propterea uide-
tur conſeruatum legatum, quoad effectum translationis
dominij l. ſi duo ſupra de acqu. hæred. Non ob quod pro
dictis legatis non poſſit competere actio ex teſtamento.
ſed actio in factum datiua, ut ſupra dictum fuit, quia ſo-
lutio eſt, quod ideo non poteſt competere actio ex teſta-
mento, quia uariatur cauſa obligationis, ex qua oritur
actio perſonalis, non ſic in reali, quia cauſa ipſius realis
actionis non uariatur. Nam cauſa ipſius eſt dominium
l. in rem ff. de rei uendic. non autem cauſatur ex delicto
ſeu fraude illius ommittentis adire ex teſtamento, &
quamuis fraus, & dolus ommittentis det cauſam, quod
legatum conſeruetur, & dominium acquiratur legata-
rio, quia tamen in rei uendicatione ſufficit deducere do-
minium, abſque eo, quod exprimatur cauſa, per quam il
lud ſit acquiſitum l. & an eandem §. actiones ff. de excep.
rei iud. propterea nihil obſtabit, quominus poſſit rei uen
dicatio intentari, & ideo etiam patet ſolutio ad aliud, ui
delicet quod rei uendicatio non oritur ex delicto, quia ut
dixi, non oritur ex delicto, ſed ex dominio, delictum ta-
men dat cauſam, quod legatum conſeruetur, ex quo lega-
to acquiritur dominium. Ex prædictis infertur, quod
pro legatis, in quibus cōditio habetur pro impleta, prout
in cautione mutiana, & alijs caſibus, de quibus per Bar. in
108 l. in teſtamento infra de condi. & demon. † competit
rei uendicatio, & ex ipſis tranſibit dominium ipſo iure,
quam opinionem tenuit Paul. de caſt. in l. titio fundus
inf. de cond. & demon. & Alexan. hic, quos ſequitur Rui.
licet Bald. in d. l. titio fundus, per illum tex. in uerbo-
dedit, teneat oppoſitum & male. Nam ſi iſto caſu conſer-

uatur

natur inſtitutio directa.l. mutiane.l. iure ciuili. inſ. de
cond.& demon. ſi etiam conſetuatur libertas, ut compe-
tat iure directo.l.ſi peculium.§.is cui.ff.de ſtatuliſ. & etiã
legatum conſeruabitur in uim legati ut eſt caſus in d.§.
is cui, uerſ. diuerſa. Nec ob. text. in.d.l. titio fundus in
uerbo dedit, quia ſolutio eſt, quod ex quo hæres traden-
do rem legatam, et recipiendo cautionẽ, facit actum, per
quem acquiritur dominium, icirco quoquomodo dicitur
dare, quamuis ipſo iure ex legato transferatur in legata-
rium. ad alia quæ adducuntur in contrarium, patet ſolu-
tio ex ijs, quæ ſupra dicto fuerunt.
Quarta eſt dubitatio, an ubi eadem res eſt legata duo
109 bus inſolidum † transſcat dominium ipſo iure a princi-
pio, & competat rei uendicatio, & circa iſtam dubitatio-
nem diſtiguendum eſt, aut fuit exprtſſum, quod cuilibet
inſolidum debeatur, & hoc caſu Bar. & communcter doc.
in.l.ſi pluribus infra eo. concludunt, quod ante electionẽ
non tranſit dominium, nec competit rei uendicatio. Nam
cum cuilibet uideatur legatares, uel eſtimatio, icirco
quodlibet legatum cenſebitur alternatiuum, & ideo non
tranſibit dominium ante electionem, nec etiam poteſt
intentari rei uendicatio, quia non ſumus certi, quòd in li-
tis conteſtatione ſit competitura rei vendicatio, quia po
teſt hæres eligere, quòd res detur alij legatario, & eſtima
tio actori, & hoc caſu iſta concluſio non habet difficulta-
tem, per ea, quę dicta ſunt ſupra in legato alternatiuo,
quia militant in caſu iſto, ex quo, ſequitur, quòd fructus
percepti ante litem conteſtatam, ſeu moram ex re lega-
ta, ſpectabunt hæredi, ut dicitur in.l.ſi quis bonorum in
princ. infra eod. aut vero non fuit expreſſum quòd cuili-
bet inſolidum debeatur, ſed partes faciunt ſibi partem
per concurſum, & hoc caſu eſt dubitatio, quia ſunt opi-
niones, nam Ang. in.l. ſi. §. vbi autem per illum text. in
verſi. ſi vero non omnes, tenet, quod non transſcat domi-
nium ſtatim, nec competat rei vendicatio, ſequitur Aret.
in.d.l.ſi pluribus. Oppoſitum tenuit Bar. in.l.iij infra de
ſet. leg. per illum tex. videlicet quod immo à principio
acquiratur cuilibet per partes, & videtur ſequi Alexan.
in.l.plane.§.ſi coniunctim infra eo. Ego ſequor iſtam opi
nionem, pro qua vltra tex. in.d.l.iij. videtur caſus in.l ti-
tio & ſcio cum duabus ſequen. ſupra ad.l.acqui. Nec obſt.
ſi dicatur quòd ille tex. loquitur in duobus legatarijs, qui
ſunt coniuncti re, & uerbis, inter quos proprie habet lo-
cum ius accreſcendi, ſed quæſtio noſtra ſtat in duobus cõ
iunctis re tantum, inter quos eſt locus iuci non decreſcen
di.d l.ſi.§.vbi autem, nam reſpondeo, quòd ſicut in.d.l.ti-
tio & ſcio, fingitur retro accreuiſſe, ſic in.d.l.ſi.§.vbi au-
tem fingitur uſque à principio non decreuiſſe, non quòd
à principio vere fuerit acquiſita res ipſi inſolidum, ſed ſo
lum pro parte ſua vere fuit acquiſita, ſed altero repudian
te, per fictionem, dicitur ſibi uſque à principio inſolidum
quæſita, & ita intelligi debet tex. in.d.§.vbi autem, & pro
pterea cuilibet à principio dicetur acquiſitum per partes
dominium rei legate, quia nulli poteſt dici totum acqui
ſitum vere, altero repudiante, ſed ſolum per fictionem.
110 Vltima eſt dubitatio an ex legato † conſtituatur ipſo
iure vſusfructus, & alie ſeruitutes perſonales, & ſtatim à
principio competat confeſſoria. In hac dubitatione ſunt
opiniones. Nam Aret. hic, & Iaſ. ſupra colu. xij. quam-
uis loquatur in fideicommiſſo, & Rui. hic quamuis loqua
tur ante prẹſtitam cautionem, tenent, quòd non conſti-
tuatur ipſo iure, nec competat rei uendicatio, allegant
tex. in.l.ſi ab hẹrede ſupra ſi uſusfruc. peta. qui tex. in eo,
quòd præſupponit, quòd ualet impoſitio ſeruitutis in fun
do, cuius uſusfructus erat legatus, facta per hæredem, in
conſequentiam præſupponit, quòd non ſit ipſo iure con-
ſtitutus, quia tunc non ualeret conſtitutio dictæ ſeruitu-
tis.l. ſed ſi quid.§.ſed nec.ff.de uſufru. qui tex. dicit, quòd
tenetur hẹres conſtituere uſumfructum facto ſuo, indu-
cendo legatarium in fundum, igitur ſequitur, quòd non
eſt ipſo iure conſtitutus, quia curſus conſtitui non poſſet.
l.§. ex pluribus.ff.de acquir. poſſ. l. ſequitur. §.lana.ff.de
uſucap. & hoc quòd teneatur hæres facto ſuo conſtituere
vſumfructum, firmat Bart. in.l.ij.§.& harum.ff.de uerbo.
obligat. & ſolutiones docto. ad dicta iura non videntur
procedere, ut hic per Ruinus poſt Aret.
Contrarium, quòd immo uſusfructus ipſo iure conſti-
tuatur ex legato, & quòd ſtatim competat confeſſoria,
concludunt Bal. in.l.ij.C. communia de leg. Soc. & do. Ri
pa hic, & uidetur eſſe de mente Bar. ſupra in ſecunda op-
poſitione ut ibi dixi, & hanc eandem opinionem tenue-
runt glo. & Bar. in.l. corruptionem. C. de vſufruct. & pro
iſta opinione allegatur, quia eo modo, quo alie ſeruitutes
reales ipſo iure conſtituuntur ex legato.l.ſi partem.§.pri
mo. ſupra ſi ſer. uendi. eodem modo uſusfructus, & aliæ
ſeruitutes perſonales, allegatur etiam tex. vbi videtur ex
ſus in.l.plane.§.pen. in verbo vendicare infra eo. & in.l.ſi
quis vſumfructum, in verbo, ipſo iure, infra de vſufruct.
leg. Quid dicendum? ego teneo iſtam opinionem, quòd
ipſo iure ex legato conſtituatur vſusfructus, pro qua vl-
tra doc. allego tex. in.l. vnica.§.dies. inſ. quando dies vſuſ
fruct. leg. ce. dicitur enim ibi, quòd ideo ante aditam
hæreditatem non cedit dies vſusfructus, quia tunc conſti
tuitur vſusfructus, cum quis frui poteſt, & ſic ſenſus eſt, ꝗ
non cedit dies, antequam conſtituatur & dum cedit dies,
cõſtituitur, ſecundo pro iſta opinione facit, quia ſi ſolum
ex legato induceretur obligatio conſtituendi vſumfru-
ctum, male diceret tex in.d.l.iij. in principio dum dicit,
quòd iure legati conſtituitur vſusfructus, quia ſolum in-
duceretur obligatio, ſed facto hẹredis cõſtitueretur vſus-
fructus & ad tex. in.d.ſi ab hærede, & d. l. iij. §. dare, eſt
ſolutio ultra doct. præſupponendo prius unum, quod eſt
neceſſarium pro reſolutionem huius quæſtionis, & plu-
rium infra dicendarum, uidelicet, quòd non tantum de iu
111 re nouo, ſed etiam de iure ſſorum † erat in facultate lega
tarij agere uel rei uendicatione, tanquam ipſo iure domi
nium foret in eum translatum, uel perſonali actione, tan-
quam non eſſet translatũ, ſed hæres foret obligatus tranſ
ferre dominium, caſus eſt in l.cum filius.§.uarijs infra ti
tulo primo, & dicemus infra & proprerea legatarius de
iure ſſorum poterat uenire tanquam legatarius, per rei
uendicationem, uel tãquam fideicommiſſarius per actio-
nem perſonalem, caſus eſt in.l. teſtatrix in princip. ſupra
ſi ſerui, uendicetur, in his uerbis, aut legatarius fundum
uendicaſſet, aut ex cauſa fideicommiſſi ſibi dari deſidera
ret, quæ uerba aperte denotant hoc, quòd idem legata-
rius poteſt uenire, tanquam legatarius, poteſt etiam ue-
nire tanquam fideicommiſſarius, & ubi uenit tanquam le
gatarius uendicat, ubi tanquam fideicommiſſarius non
uendicat, ſed deſiderat ſibi dari, & propterea agit perſo-
nali ad dandum, eodem modo in legato uſusfructus, uel
alterius ſeruitutis, eſt in facultate ipſius legatarij, ueni-
re tanquam legatarius, & agere confeſſoria, tanquam ex
ipſo legato, uſusfructus ſit ipſo iure conſtitutus, uel elli-
gere perſonalem, & agere contra hẹredem, tanquam ſit
obligatus conſtituere, & non ſit conſtitutus ipſo iure, &
hoc caſu non intelligetur conſtitutus uſusfructus ipſo iu-
re, quia legatarius elligit, quòd conſtituatur facto hære-
112 dis, ex hoc patet ſolutio ad text. † in.d.l. ſi ab hærede, ꝗ
ibi legatarius ellegit agere actione perſonali contra hæ-
redem, tanquam ipſe teneatur conſtituere uſumfructum
facto ſuo, ut probat text. ille in his uerbis, ex teſtamen-
to petitus ſit, & ideo eo caſu non intelligitur ipſo iure
conſtitutus, & ſeruitus impugnatur, ſed obligatur hẹres
ad intereſſe, ſed ob id non negatur, quòd ſi elligeret con-
feſſoriam, tanquam uſusfructus eſſet ipſo iure conſtitu-
tus. quin poſſet ſimul impugnare ſeruitutem impoſitam,
agendo negatoria, tanquam ſeruitus non potuiſſet conſti-
tui propter uſumfructum, qui ſibi ipſo iure fuiſſet acqui-
ſitus. d.l. ſed & quid.§. ſed nec, eodem modo patet ſolutio
ad text. in d.§. dare, & ad Doctrinam Barto. in.d.§.& ha-
rum, quia ſtat ſimul, quòd ſit ipſo iure cõſtitutus uſusfru-
ctus, & poſſit agi confeſſoria, & quòd hẹres teneatur ad
conſtituendũ, quia eſt in facultate legatarij elligere quid
uelit, prout ſtat ſimul, quòd transſcat ipſo iure dominium
ex legato, & competat rei uendicatio, & hæres teneatur
ad dandum, & conueniri poſſit actione perſonali. d.l.cum
filius.§. uarijs, & infra dicetur, & utilitas aliquando eſt
maxima uenire magis ex perſonali, uelut ex fideicom-
miſſo, quã rem uendicare, prout aliquando utilius eſt do-
mine

mino condicere rem ſuam conditione furtiua,& ſic perſo
nali,quam agere rei uendicatione.l.ſi.in ſi.ff.vſufr. quem
admodum caueat l.prima.ff.de cond.fur § ſic itaque inſt.
de actio.& dato caſu,quòd poſſeſſio rei legate perueniſ-
ſet ad tertium, ſine culpa hæredis, ex reali poſſet ſolum
agere contra illum tertium poſſeſſorem,qui poſſet nega-
re deſunctum fuiſſe dominum & per conſequens legata-
rium nõ acquiſiuiſſe dominium,ex legato & iſto caſu gra
uaretur legatarius onere probandi,vtilius igitur eſſet a-
ger contra hæredem perſonali,tanquam ſit obligatus ad
dandum,quia non grauaretur illo onere probandi,nec hæ
res poſſet negare rem fuiſſe teſtatoris, cum eſſet in bonis
eius tempore mortis, eodemmodo in vſufructu,& in ca-
ſu.d.l.ſi ab hærede, eſt vtilius aliquando agere perſonali
contra hæredem,tanquam obligatum facto ſuo conſtitue
re vſumfructum,quam confeſſoria. Nam in caſu.d.l.ſi vel
let agere contra eum,cui fuit ſeruitus conſtituta, negato
ria,tanquam ſeruitus non potuerit per hæredem conſti-
tui,propter vſumfructum iam ſibi ex legato teſtatoris ac-
quiſitum, tunc is, qui aſſerit ſeruitutem ſibi competere,
ex facto hæredis,poſſet negare vſumfructum fore ipſo iu
re conſtitutum, negando fundum hæreditarium, quia di-
ceret eſſe de patrimonio hæredis,ita quòd legatarius gra
uaretur onere probandi, & ſi facto hæredis conſtituetur
vſusfructus,erimus certi quòd ſit facto conſtitutus Si ve
ro ſolum iure legati,ipſo iure dicetur conſtitutus,nõ eri-
mus de hoc certi,niſi conſtet fundum fuiſſe in dominio te
ſtatoris,& prædicto modo debet reſolui hæc quæſtio.
Sexta eſt dubitatio,quid in legato earum rerum , quæ
vſu conſumuntur iſta dubitatio non poteſt pertinere ad
ipſum vſumfructum,nam cum in ijs rebus non poſſit eſſe
vſusfructus formalis,diſtinctus à proprietate, ſolum dici
tur conſtitui,quaſi vſusfructus formalis,per ipſam cautio
nem,quam præſtat legatarius,ut dicitur in.§.cõſtituitur,
&.§.ſequenti inſtitu. de vſufruc. ſolum poteſt pertinere
ad proprietatem,quæ videtur relicta legatario,an ex le-
gato ꝓdicto acquiratur ipſo iure legatario,& in hac quæ-
113 ſtione ſi quęrimus † an tranſeat ſtatim proprietas in lega
tarium,ante preſtitam ſeu oblatam cautionem, dicẽdum
eſt,quòd non,& in hoc omnes conueniunt, ſi vero quæri-
mus an ſtatim tranſeat poſt oblatam cautionem, licet nõ
ſit actualiter præſtita,quia hæres illam non recepit, & in
hoc ſunt opiniones,nam Alex.hic tenet quòd trãſit,quia
proprietas videtur legata.l.ſi.ſupra de vſufruc.earum re-
rum quæ vſu conſu.& doctrinam Bart. in.l.vxori. §. agri
plagam,infra de lega.iij.ſequitur Rip.hic,qui refert Bal.
in.l.j.ff.de vſufruc.earum rerum,idem tenentem. Oppo-
ſitum tenuerunt Soc.& Iaſ. hic,poſt Pet.de Anch. conſil.
cccl xviij.principale dubium videlicet , quòd requiratur,
quòd cautio præſtetur, ſed an pręſtita cautione tranſeat
ipſo iure proprietas abſque traditione hæredis, ſunt etiã
opiniones,quia Soc.Iaſ & Pet.de Anch.conſil iij. non eſt
dubium,vltra alios ſupra relatos,tenent quòd ſic,oppoſi-
tum voluit Bar.in.l.prima.§.ſi decem in archa, per illum
tex.ff. vt legatorum nomine caueatur ſequitur Ruinus
hic, & ad doctrinam Bart. in.d.§.agri plagam reſponde-
tur, quòd eſt communiter reprobata,vt per eundem Ale
xan.in.l.ſi fideiuſſor.§ meminiſſe.infra eo.& ad tex. in.d.
l.ſi.reſpondetur, quòd licet ibi dicatur, quòd ſit legata
proprietas,quòd tamen non debetur ex verbis,ſed debe-
tur ex quadam neceſſitate,vt dicit Bart. in.d.§.ſi decem,
quæ ſolutio non bene ſatisfacit,quoad tex. in.d.l ſi. quia
aperte dicit,quòd pecunia ſit legata. Quid dicendum?
Ego ſequor opinionem Bar.& Rul.hic,quòd non trãſeat
proprietas ipſo iure,etiam præſtita cautione,ſed requira
tur traditio hæredis,per tex.in.d.§.ſi decem,& per ratio-
nem de qua per Bar.ibi,quia proprietas non venit in hoc
relicto niſi tacite,& in conſequentiam,ex quadam neceſ-
ſitate,quo caſu nunquam tranſit dominium ipſo iure , ut
ſupra dictum fuit,& per tex.in.l ſi tibi vini & olei, in ver
ſiculo proprietas ad legatarium trãſferri debet ff.de vſu
fruc.earum rerum quæ verba denotant quòd proprietas
non trãſeat recta via à teſtatore in legatarium, ſed ab hæ
rede in legatarium,& propterea quòd non ipſo iure , ſed
per actum grauati hæredis. Non obſt.tex. in.d.l.ſi uã ad-
uertendum eſt,quia loquitur in caſu,quando teſtator ex-
preſſe grauat legatarium ad reſtituendum pecuniam hæ-
redi,& hoc caſu procedit,quod ibi dicitur,quòd pecunia
ſit legata,nam ſi voluit quòd ex legato & diſpoſitione te-
ſtatoris legatarius teneatur reſtituere pecuniam , ideirco
etiam videtur velle, quòd eandem habeat ex legato, ſed
quæſtio noſtra procedit in alio caſu,quando non fuit gra
uatus reſtituere pecuniam à teſtatore , & illa obligatiò
non inducitur ex diſpoſitione teſtantis,ſed ex cautione,
quam præſtat ipſe vſufructuarius,& tunc non dicitur lega
ta pecunia, ſed præſtanda per hæredem ex quadam ne-
ceſſitate ipſius vſusfructus, vt dicit Bar. in.d.l.j.§.ſi decẽ.
Circa quæſtionem de hypothecaria,ex dictis Bart.ha-
bes plures concluſiones, prima eſt, quòd ubi pro legatis
non competit rei uendicatio, ſed actio perſonalis, quòd
abſque dubio competit actio hypothecaria.l.j.& ij.C.cõ-
munia de lega. ſequuntur omnes. Circa tamen hanc con-
cluſionem ſunt plures dubitationes. Prima eſt,an hæc cõ
114 cluſio † procedat de iure ff orum.circa iſtam, Bar. hic. &
in.l.is cui.§.poſtquam ff.ut in poſſ.lega.tenet quòd ſic, ꝑ
.l.creditoribus.ff de ſeparat.bo.ſed communiter doct.te-
nent oppoſitum,ut hic dicunt Alex. & Moder.quia hypo
theca pro legatis uidetur quòd ſit inducta de iure nouo
per Iuſtinianum.d.l.j.& ij &.l.ſi.C.de ſacroſanc.eccle. ad
text. in.d.l.creditoribus reſpondent , uel quòd loquatur
in hypotheca expreſſim conſtituta per teſtatorem , uel
de hypotheca contracta ex prætorio pignore, quæ ta-
mẽ ſolutiones uidentur diuinatiue . Ego uero dico,quòd
pro relicta , de iure digeſtorum competebat hypotheca-
ria per textum in.l.ſi quis ſeruum. §.certum , ſecundum
intellectum Barto. infra de lega. ij. & etiam ibi no.Imo.
quem tex.etiam hic allegat Rui. eſt etiam alius caſus in
.l.ſi quando.§ primo. infra eod nam tex. ille neceſſario
debet intelligi de actione hypothecaria , non autem de
rei uendicatione,prout ſupra dixi,& in his terminis pro-
cedit opinio Barto.pro qua facit ratio,quia non uidetur
dubium, quin teſtator uelit rem relictam fore obligatam
legatario ſeu fideicommiſſario , & propterea abſque du-
bio in ea re contrahebatur hypotheca,quam teſtator po-
terat inducere d.l.j. uerſiculo cũ enim , quo uero ad alias
res,de iure ff orum non competebat ipſo iure hypotheca,
niſi poſt miſſionem in poſſeſſionem,& poſt contractum di
gnus prætorium.l.ſecunda.C.qui potio in pigno.habean-
tur.l. ſi poſtquam.C.ut in poſſ. lega. in caſu etiam ſepara
tionis bonorum competebat hypotheca,quia eo caſu lex
preſerebat legatarios creditoribus hæredis.d.l creditori
bus, ſed de iure nouo fuit inductum,quòd ipſo iure com-
petat hypothecaria contra omnes res teſtantis d.l.j.&.ij.
&.d.l. fin. & in his terminis procedat communis opinio.
115 Secunda dubitatio eſt,an dicta concluſio procedat † quã-
uis pro re legata competat rei uendicatio nam licet cla-
rum ſit , quòd procedat abſque dubio in alijs rebus , ma-
gna tamen eſt dubitatio an procedat in eadem re legata,
pro qua competat rei uẽdicatio. In hac dubitatione ſunt
opiniones, nam glo. Barto.& Bal.in.d.l.j.& glo. in §. no-
ſtra autem inſtit. eo. tenuerunt , quòd hoc caſu prædicta
concluſio non procedat, & quòd non competat hypothe-
caria , quia cum legatarius habeat dominium rei legate,
non poteſt eadem res ſibi pignorari.l. neque pignus.ff. de
regu.iu. & quia ut hic addit Rui. propter eandem ratio-
nem non ualet emptio rei legate facta per legatarium,ut
eſt glo. communiter approbata in. l. huiuſmodi § qui
ſeruum,infra eodem. Oppoſitum tenuerunt Bar.& com-
muniter doct. hic,uidelicet quòd etiam in re legata. pro
qua competat rei uendicatio , competat hypotheca. Mo-
uetur Barto. quia cum legatarius habeat dominium de
iure ſpeciali , propterea poteſt rem ipſam habere in pi-
gnus,ut eius dominium acquirat ſecundum regulas iuris,
ut in.l.in bello.§.ſi quis ſeruum infra de captiuis, ubi qui
habet dominium de iure ſpeciali poteſt uſucapere, ut ha
beat dominium per regulas iur. communis , ſed hanc ra-
tionem Barto. reprehendunt Soc.& Rui. hic. quia deci-
ſio text. in d.§.ſi quis ſeruum. procedit, ex quo illud do-
minium erat reuocabile, etiam inuito domino quo caſu,
quamuis eſſet quæſitum de iure communi , tamen poſſet
domino

dominium pignorari.l. ex ſeſtante.§. latinus, de excep. rei iud.l. debitori infra ad trebell. niſi ſaluando rationem, & fundamentum Barto. dicamus, quòd ratio text. in d.§. ſi quis ſeruum non conſiſtit in eo, quia illud dominium foret reuocabile inuito domino, ſed quia dominium eſt acquiſitum in eius priuilegium, non poteſt per alium allegari contra ipſum, quòd dominium ſit ſibi acquiſitum, & quòd propterea non potuit uſucapere, quia ſic eius priuilegium in odium retorqueretur, contra l. quod fauore. C. de.ll. ſed bene poteſt conſiderari, an ſit reuocabile, ad denotandum caſum, in quo poſſit eſſe utile domino, quòd non dicatur ex priuilegio quæſitum, & hoc modu poteſt eſſe ſolutio ad gl. in.d.l. huiuſmodi. d.§. qui ſeruum, quia ibi nullitas allegatur per legatarium, ex quo ipſe poteſt dicere dominium ſibi acquiſitum, ſed non dicitur ibi, quòd alius poſſit allegare nullitaté emptionis ex ea cauſa, quia dominium foret quæſitum legatario. Soc. hic dicit, quòd pignus conſiſtit in poſſeſſione, iuxta no. in l. ſi rem aliquam. ff. de acqui. poſſ. & l. rem alienam. ff. de pigno. actio. ſed reprobatur, & bene per Rui. quia poſſeſſio defuncti per mortem extinguitur, & hæres acquirit nouam poſſeſſionem, non per aditionem, ſed ex apprehenſione. l. cum hæredes in principio infra de acquiren. poſſ. & eſt poſſeſſio diuerſa a poſſeſſione defuncti. l. j. §. ſed uola. ff. ſi quis teſta. liber eſſe iuſſus fuerit, propterea in ea non conſiſtet pignus, & multominus ſi poſſeſſio rei fuerit penes tertium, quę exinde ad hæredem reuertatur. Quid dicendum? Ego puto quòd iſtę opiniones poſſint ad cócordiam reduci, ut dicamus, quòd ſi legatarius poſtquam elligit rei uendicationem pro legato, & ſic quòd elligit in uim legati, & uoluit dominium fuiſſe ſibi ipſo iure acquiſitum, ſine facto hæredis, uult poſtea agere hypothecaria, & hoc caſu credo quòd non quia in his terminis proprie procedit regula tex. in. l. neque pignus, & opinio Glo. & Barto. in. d. l. j nam uidentur loqui eo caſu, quo legatarius ellegeret actionem in rem. nec hoc caſu rationes adductę in oppoſitum obſtarent, quia cum illud dominium ſit irreuocabiliter acquiſitum, & ab omnibus poteſt allegari ſibi fore acquiſitum, & ipſe legatarius non poteſt petere, quòd perfectum hæredis, ſeu traditionem ſibi acquiratur, quia uidetur renunciaſſe illi actioni perſonali per quam poterat cogere hæredem ad dandum. l. cum filius. §. uarijs infra de lega. ij. propterea non poteſt procedere diſpoſitio tex. in. d. §. ſi quis ſeruum, & gl. in. d. §. qui ſeruum. Aut uero agit hypothecaria a principio, & hoc caſu procedet communis opinio Bar. & aliorum. Ratio, quia tunc non uidetur elligere legatarius habere illam rem in uim legati ſed in uim fideicommiſſi, tanquam hæres teneatur, ſibi ad dandum, & propterea competet hypothecaria, tanquam ſi a principio ſolum competiiſſet perſonalis ex cauſa fideicommiſſi, & hoc uoluit Barto. dum dicit, quòd dominium eſt quæſitum de iure ſpeciali &c. quaſi quòd poſſit legatarius illam acquiſitionem repudiare, & uelle quòd per regulas iuris communi ſibi acquiratur, puta, ex traditione hæredis, & hinc procedet pignus & hypotheca, tanquam eſſet ſibi acquiſitum, ut latius dicam infra in ſequen. q. & ultima, quomodo concurrat actio in rem & perſonalis.

116 Tertia dubitatio eſt. † an iſta concluſio procedat etiam in legatis pro quibus ſolum competit officium iudicis, in hac non uidetur eſſe difficultas Bart. hic quem doct. communiter ſequuntur, tenet quòd ſic, quia ſicut hæres poteſt compelli. l. hæreditas in fin. ff. de pet. hæred. ſic poſſunt compelli res hæreditariæ. l. de pollicitationibus in ſi. ff. de pollicita. & ſi dicatur, quòd officium iudicis non præſupponit obligationem uere, & proprie. l. qui per colluſionem. §. ſi. ff. de ac. empt. Reſpondent, quòd ſaltem præſupponit quaſi obligationem, ut no glo. in. l. ſi ſeruum. §. ſi. infra. de uerb. obli. Bar. in. l. ſi. infra de iniurijs.

117 Quarta eſt dubitatio, an iſta concluſio procedat † in legato conditionali ante euentum conditionis, ut agi poſſit hipothecaria contra res teſtatoris alienatas per hæredem pendente conditione, in hac dubitatione ſunt opiniones. Nam Imo. Cuma. Rui. & communiter Moder. hic tenent, quòd ſic, per tex. in. l. qui Balneum. §. j. uer. ſed ſi hæres. ſupra qui potiu in pig. hab. ubi hipotheca conuentionalis conſtituta per hæredem, pro legato conditionali, retrotrahitur, ſed iſtud fundamentum parum facit, prout dixit Bal. no. in ſuo tractatu poſt Ant. ibi, quia text. expreſſe loquitur in expreſſa hipotheca conuentionali, facta per hæredem. Nos autem loquimur in tacita, quæ oritur ex diſpoſitione legis, ex ipſo legato, & quæ propterea oriri non poteſt ex legato conditionali, antequam dies legati cedat, cum etiam conditio impediat natiuitatem actionis perſonali, & realis, & non retrotrahatur in legatis. l. quæ legata. ff de reg. iu. Nec ob. ſi dicatur, prout dicebant prædicti doct. quòd in. d. l. Balne-
118 um. † retrotrahatur perſonalis obligatio ex legato, quia alias non poſſit conſiſtere hypotheca. l. fideiuſſor obligari in principio, & quod not. Barto. infra de fideiuſſoribus. Quia reſpondeo, quòd ibi, non tantum eſt illa perſonalis obligatio ex legato, quia illa non retrotrahitur, ſed etiam eſt perſonalis ex conuentione, quoniam hæres promittit de ſoluendo legatum in euentum conditionis, & hypothecat bona ſua, & illa perſonalis ex ſtipulatione retrotrahitur ad tempus ſtipulationis, non autem retrotrahitur perſonalis ex legato, quia hoc eſt impoſſibile. Non etiam poteſt procedere aliud fundamentum, quòd in legatis debet retrotrahi conditio, quoad actionem perſonalem, & hypothecariam, ſaltem ea ratione, ne ſit in facultate hæredis excludere ipſum legatarium. ab illa tacita hypotheca legati, quia hoc eſt impoſſibile, cum ante euentum conditionis, legatum non ſit in rerum natura. l. j. de reg. catho. & quia ſi hoc caſu retrotraheretur conditio, eſſet etiam in neceſſariam conſequentiã tranſmiſſio legati conditionalis, ut dicam in. l. tertia. & l. cum filio infra eod. Contrariam opinionem tenuit Bal. nouell. in tractatu dotis in decima parte ad ſi. Motus, quia ante euentum conditionis, non poteſt dici nata obligatio, ſeu actio perſonalis ex dicto legato, cum conditio in legatis non retrotrahatur. d. l. quæ legata, ergo nec etiam hypotheca dicitur oriri ante euentum conditionis, quia non poteſt eſſe ſine perſonali, & propterea in rebus alienatis non poteſt contrahi hypotheca, nam tempore alienationis patet, quòd non erat contracta, quia nondum euenerat conditio legati, poſt euentum conditionis, etiam non potuit cõtrahi, quia iam res ipſa erat in dominio tertij. quid dicendum? Ego reſpondeo, quòd præcedens opinio eſt uera, quę etiam eſt magis communis, difficultas eſt inueſtigare rationem dictę concluſionis, ut ſaluari poſſit abſque eo, quòd recedamus a regulis iuris, unde pro declaratione dico aduertendum ad duo, primum eſt quòd hu-
119 iuſmodi hypotheca, † quæ competit pro legato, non oritur ex ipſa diſpoſitione legati, quin ſic diceretur oriri ex diſpoſitione teſtantis, ſed oritur ex legis diſpoſitione, quæ uoluit quòd omnia bona teſtãtis ſint hypothecata tacite pro legatis, prout ſi teſtator expreſſe diſpoſuiſſet, quòd omnia bona ſua forent hypothecata pro legatis, ita expreſſe dicitur in. d. l. j. uerſi. cum enim, iuncto uer. ſi q. ſicut igitur quando teſtator diſpoſuiſſet generaliter, quòd omnia bona ſua forent hypothecata, hypotheca cauſaretur ex illa generali diſpoſitione, non ex particulari legato eodem modo debet cauſari ex illa tacita legis diſpoſitione, quòd omnia bona ſint hypothecata, & propterea cauſari poteſt etiam pro legato conditionali, antequam eius dies cedat, quia licet nondum ceſſerit dies legati particulari, ceſſit tamen dies illius diſpoſitionis, per quam ſiue per teſtantem, ſiue per legem bona hypothecantur, & propterea antequam cedat dies legati, erit tamen nata hypotheca pro dicto legato, aduertendum etiam eſt ad aliud, quòd huiuſmodi hypothe-
120 ca † non tantum accedit obligationi perſonali, quæ oritur ex legato particulari, ſed etiam illi obligationi, quæ oritur ex quaſi contractu hæredis, qui ſit in aditione, ex qua obligatur generaliter ad obſeruantiam, & præſtationem omnium relictorum in teſtamento. §. hæres inſtit. de oblig. quæ ex quaſi contractu. l. apud iulianum. §. ſi. infra qui. ex cau. in poſſe. eatur, dices tu non ne eſt eadem obligatio, quę oritur ex quaſi cõtractu hæredis in aditione, & illa, quæ oritur ex teſtamento, ſeu legato. Reſpódeo quòd

non, quia illa quæ oritur ex ipſo quaſi contractu eſt generalis, & per eam obligatur hæres ad preſtãdum omnia legata relicta in teſtamento, etiam quòd legata ſint conditionalia, & ſtatim oritur in ipſo quaſi contractu, ſed illa quæ oritur ex ipſo legato eſt particularis ad illam, uel illam, rem legatam, & hæc particularis oritur ſuro eo tempore, quo cedit dies legati, & uenit dies obligationis. l. cedere diem. ff. de uerb. ſig. toto tit. infra quando dies lega. cedit, ex his igitur duobus infertur, quòd ante euentum conditionis ſit nata hypotheca pro ipſo legato ſub conditione, & quòd etiã ſit perſonalis obligatio ea quaſi contractu aditionis cui accedit hypotheca, abſque eo, q̃ conditio legati retrotrahatur, quoad perſonalem obligationem, ſiue quoad ipſam hypothecam, contra regulam. d. l. quæ legata, ſicut etiam dixi, quòd in. d. l. balneum, illa hypotheca accedit perſonali obligationi quę oritur ex conuentione ſeu ſtipulatione hæredis, non ex perſonali, quę oritur ex legato, & propterea nulla ſit retrotractio. & propterea ceſſabunt multa; quæ per Moder. adducuntur contra communem in l. ſi is qui pro emptore. ff. de uſucapio. & in. l. ſi filiusfamil. infra de uerbo. obliga. per illum tex.

121 † Quinta eſt dubitatio, an pro legato liberationis competat hypotheca. In hac dubitatione ſunt opiniones prima fuit, quòd non, quam tenet Bar. & magis communiter doct. in. d. l. j. communia de leg. per tex. in. l. j. §. ſi debitori ff. de libe. leg ubi dicitur, quòd in ſimili legato hæres non cogitur ad cauendum, quia legatarius eſt tutus exceptione, oppoſitum tamen tenuerunt Ricar. Cin. Corn. in d. l. j. & plures alij Moder. poſt Rui. hic, mouentur, quia in hoc legato datur legatario actio perſonalis contra hæredem, ut liberet ipſum legatarium per pactum, uel per acceptilationem. l. quod mihi. l. iij. §. nunc de effectu de lib. legs. ergo etiam debet competere hypothecaria. d. l. j. in ſi & quia ſi poteſt cogi hæres ad liberãdum, ſic etiam bona teſtantis. l. de pollicitationibus infra de pollicita. prout etiam argumentatur Bart. hic, & ad text. in. d. §. ſi debitori. reſpondent, quòd loquitur in cautione, quæ de nouo petitur ab hærede, in qua eſt magna diuerſitas, ex quo per eam hæres obligatur de nouo, & per eam magis grauatur hæres in præſtãdo fideiuſſorem, quod non eſt in tacita hypotheca inducta per legem, nam per illam non obligatur de nouo, nec ita grauatur hæres. Quid dicendum? Ego reſpondeo quòd hæc opinio Bart. & communis, eſt uera & optime probatur per tex. in. d. §. ſi debitori, dum dicit, quòd cautio non præſtatur, quia legatarius habet legatum, cum ſit tutus exceptione, quæ ratio tex quia legatum habet, ſic militat ad impediendum, ne poſſit agi hypothecaria, ſicut ne poſſit peti cautio de nouo, quamuis admittamus, quòd per cautionem in plus grauetur hęres, nec obſtat, quòd detur actio perſonalis, ut legatarius liberetur per acceptilationem. Nam pro ſolutione aduer-

122 tendum eſt, quòd illa actio † perſonalis, non oritur immediate ex ipſa diſpoſitione legati, ſed oritur ex liberatione, quam ipſo iure conſecutus fuit ex legato, quia ex legato liberationis ipſo iure acquiritur liberatio, & ex ipſa liberatione oritur illa actio, quòd quotieſcunque quis eſt liberatus ab aliqua obligatione, cum reperiatur ex ea obligatione obligatus ſine cauſa, habet actionem ſeu conditionem, quod illa obligatio tollatur. l. prima, & per totum titulum. ff. de cond. ſine cauſa, & ita intelligi debet tex. in. d. l. iij §. nunc de effectu, nam debet intelligi non de effectu, qui immediate cauſatur ex ipſa diſpoſitione legati, uidelicet de ipſa liberatione legata, quia tam ipſum legatum liberationis conſecutus fuit, vt dicit tex. in d l. prima. §. ſi debitori, ſed de effectu, qui cauſatur ex ipſa liberatione quæſita per ipſum legatum, quod patet, nam loquitur etiam de exceptione doli, quæ non quæritur ex ipſa diſpoſitione legati, ſed ex ipſa liberatione quam fuit conſecutus, & propterea non poteſt pro hac cauſa competere hypothecaria, quia illa competit ad hoc, ut quis conſequatur rem ſibi legatam. ita loquitur. d. l. prima, & ij. communia de legatis, non autem ad hoc ut conſequatur id, quod quærendum uenit, non ex ipſa diſpoſitione legati, ſed ex ipſa re legata, dices forte, quòd immo ex ipſa diſpoſitione uenit, q̃ liberetur ut dicitur in. d. l. quod mihi. ff. de libera. lega. Reſpondeo quòd tex. ille non loquitur in legato liberationis, ſed in fideicommiſſ. & propterea de iure ſſorum non competebat ipſo iure liberatio, ſed ſolum uidebatur grauatus hęres ad liberandum & propterea petit fideicõmiſſarius, ut liberetur prout dicitur ibi, non ſic eſt de iure nouo, quo iure intelligitur legatum, & fideicommiſſum, unde liberationem ipſo iure conſequere-

123 tur, ad idem eſt tex. in. l. ſi creditoris. C de fidecom. † & ideo exceptio, quæ competit ex fideicomm. deſcendit ex uoluntate, ut dicitur in. d. l. ſi creditoris, quæ uero compe tit legatario ex liberationis legato, dicitur exceptio doli. d. §. ſi debitori.

Sexta eſt dubitatio, an procedat in bonis proprijs hæredis, & an ſint tacite hypothecata pro legatis, & ubi teſtator non diſpoſuit, clarum eſt quod non ſunt hypothecata. caſus eſt in. l. j in. ſi. C. communia de legatis, niſi quando hæres fuiſſet contumax, quia tunc lapſis ſex menſibus contrahitur in bonis hæredis pignus prætorium. l. certa ff. ut in poſſ. lega. quod intellige. ut declaret Bar. in. d. l. j. in ul-

124 tima oppoſitione, ſed dubitatio eſt † in caſu, quo expreſſe teſtator diſpoſuiſſet, quòd bona hæredis ſint hypothecata, an propter id ipſo iure contraheretur hypotheca, in hoc ſunt opiniones, nam Imo. Alex. & Areti. in. l. ſi hæredis ſeruus infra cod. dicunt. quod non, quia ſicut non poteſt teſtator facere, quòd dominium rerum hęredis ipſo iure trãſeat in legatarium. d. l. ſi hæredis ſeruus, ſic etiam non poteſt facere, quod ipſo iure conſtituatur in ipſis bonis pignus, quod etiam eſt ius reale, ſed cõtrarium tenuit Rui. & ſecuti ſunt quidam repeten. hic, qui ſaltem uolunt, quòd contrahatur in ipſa aditione hæreditatis, hypotheca, ex conſenſu ipſius hęredis, mouentur per quędam, ad quæ reſponſio patet ex dictis Are. in. d. l. ſi hęredis ſeruus. Ego ſequor opinionem Imo. & Are. & Alexan. quę uidetur magis communis, & ad fundamenta iſtorum. maxime ad ultimum, ultra Are. reſpondeo, quòd

125 hic quaſi contractus hæredis in aditione † non ſe extendit ad conſtitutionem hypothecę pro legatis. Ratio, quia ſolum ſe extendit ad creditores & legata. §. hæres inſt. de oblig. quæ ex quaſi contrac. l. apud iulianum. §. ſi. infra ex qui. cau. in poſſ. catur, ſed iſta conſtitutio hypothecę, de ſe, non eſt legatum, quia non eſt ad diminutionem hæreditatis, igitur ad ipſum non ſe extendit, quaſi con-

126 tractus aditionis, ubi tamen hoc eſſet in legato † quia hęres grauaretur expreſſe ad conſtituendum hypothecã ſpecialem in bonis ſuis, tunc quidem, quatenus intereſſet partis, poſſet agi, q̃ illam conſtitueret, prout poteſt grauari ad pręſtandum fideiuſſorem pro alio. l. tribus. ff. de uſufructuum rem, quæ uſu. conſu. non tamen propterea hypotheca poterit conſtitui ipſo iure, ſed requiritur factum grauati hæredis, ut dictum fuit.

Vltima eſt dubitatio, an pro ſupplemento legitime cõpetat hypotheca, hanc quęſtionem late proſequitur Rui. hic, ſed hanc non proſequor hic, quia latius dicturus ſum, in. l. in quartam. infra ad. l. fal. ubi etiam alij tangunt.

127 Poſtremo quærit Bart. † quomodo poteſt concurrere actio perſonalis & actio in rem, de qua quæſtione. Barto, ſe remittit ad no. per glo. in d. §. noſtra autem. inſt. eod. & in. d. l. prima. C. communia de legatis, dubitatio huius quæſtionis non ſtat in eo, quomodo poſſint cumulari in eodem iudicio, quia expeditum eſt, quòd non poſſunt. d. l. cum filius. §. uarijs. ff. de lega. ij. ſed quomodo poſſint eidem competere, & unus, & idem habere utranque actionem, cum tamen actio in rem præſupponat legatarium fore dominum. l. in rem, in princ. ff. de rei uend uero perſonalis præſupponat agentem non eſſe dominum, ſed reum conuentum teneri ad dandum. l. ubi autem non apparet. § ſi. ff. de uerb. oblig. & quia pro re propria nõ datur actio perſonalis niſi contra furem. l. ſi. §. ſi ff. uſufru. quemad. caueat. §. ſic itaque inſt. de actio. & quòd ibi nota ad hanc quæſtionem uarijs modis reſpondet docto. i. quòd in caſu noſtro perſonalis non competat ad dandum, ſed ad tradendum poſſeſſionem, & hoc uidentur ſequi magis communiter doct. hic, ut dicunt Roi. & Repeten. hic poſt glo. in d. § noſtra aũt, ſed ut infra dicam, illa gl. habuit alium intel-

intellectum, & aliter eam intelligit Bart. in.l. cum filius
.§. uarijs. iſta ratio non eſt bona, per plura, quæ hic dicit
Rui. & ultra cum confunditur, quia attenta dicta ratio-
ne, non tollerentur iſtæ duæ actiones, ellectione, contra.
d.§. uarijs, nam competerent ad diuerſa, quo caſu non tol
lantur ellectione, quamuis ex alia regula poſſit impedire
cumulatio, ut patet ex no. per Bar. communiter doct. in.l.
edita.C.de edendo. Præterea quomodo poſſet dari ratio,
quare duo hæredes eiuſdem legatarij non poſſint agere
ad partes ſuas, quas habẽt in eodem legato, diuerſis actio
nibus, uidelicet unus actione in rem, & alius actione per-
ſonali, ſed debent omnes conuenire, ut agant eadem actio
ne, ut dicitur in.l. huiuſmodi.§.fi. infra eo. ſecunda, ratio
ſolet aſſignari, quòd proponendo perſonalem legatarius
128 † uidebatur renunciare actioni in rem, & dominio, quod
manifeſte uoluit Barto. in.l. ſi hæredis ſeruus infra eod.
& in.l. cum filius.§. uarijs, quod etiam antea tenuerunt
Rica. Malumbra, quem refert Cy. in d.l. prima, ſequun-
tur Imo. & Paul. de caſt. hic, & ratio rationis eſt, quia
quando poſt agnitionem legatarius elligit perſonalẽ, nun
quam cenſetur fuiſſe dominus, ſi uero elligit rei uendica-
tionem, ſemper cenſetur fuiſſe dominus, & iſta ratio po-
tuit eſſe bona, declarando tamen ut infra dicetur. Iſta ta-
men ratio patitur difficultatem, quia cum poſt agnitio-
nem. Dominium fuerit legatario irreuocabiliter acqui-
ſitum, non uidetur, quòd poſſit aliqua rationem fingi,
quòd unquam fuerit dominus, ſeu quòd potuerit do-
minio renunciare, ut dicebat Bal. in.d.l. ſi hæredis ſeruus,
qui propterea reprobat dictam rationem, pro quo eſt gl.
in.l. ſi ita hæreditatem ſupra de cond. inſti. ad hanc dif-
ficultatem reſpondet Alexan. hic, quòd immo ſola uo-
luntate poteſt habere dominium pro derelicto, cum ha-
beat poſſeſſionem rei, per not. in.l. ſi quis uim.§. differen-
tia.ff. de acqui. poſſ. & in.l. naturaliter.§. nihil commune
in ij & iij. lectura eod. titu. de acquir. poſſ. ſed iſta ſolu-
tio, non poteſt procedere, per ea quæ dixi in.d §. nihil
commune in.ij. lectura, quia eſt impoſſibile, quòd uidea-
tur quis proponendo unam actionem renuntiaſſe domi-
nio ſibi irreuocabiliter acquiſitio, aliter reſpondet Ruſn.
hic, quòd ubi legatarius agit perſonali uidetur renuntiaſ-
ſe dominio, antequam agnoſcat, ſaltem ſecundum ordi-
nem intellectus, arg.l. illud.ff. de acqui. hæred. ſed hoc
non eſt generale, quia ſi foret facta agnitio legati, ante
quam ageret perſonali, puta, interpellando extraiudicia
liter, tunc illa renuntiatio dominij diceretur poſt agni-
tionem, & ſic militaret eadem difficultas, aliter reſpon-
det Barto. in d.l.j. poſt Alber. de ſali. quem refert, poſt
Cyn. ibi, & idem Barto. in.l. fin.C. de ſac. ſan. eccl. quòd
129 quia habet legatarius † dominium de iure ſpeciali, pro-
pterea etiam ſibi poteſt competere perſonalis, arg.l. in
bello.§ ſi quis ſeruum.ff. de capti. ſed iſta ſolutio, non eua
cuat difficultatem, quia ſi poſt agnitionem fuit irreuoca-
biliter acquiſitum, ut ſupra dictum fuit propterea proce-
dit regula.d.l. ſi in.fi. ſup. uſusfruc. quemad. caueat, quòd
rem ſuam non poſſit condicere, & tex. in d.§. ſi quis ſeruũ,
non obſtat, ex quo ut dicebant Bal. & Imol. in.d.l.j. & cõ-
muniter doc. hic, ibi dominium fuit reuocabiliter acqui-
ſitum, ſed ultra hoc etiam ob. quia non eſt uerum, quòd
legatario ſit quæſitum dominium de iure ſpeciali, quia
immo eſt quæſitum ex propria natura legati, cum habeat
uim legis.§. diſponat in authen. de nuptijs, & per ea quæ
ſupra dicta fuerunt, alij, ut Imo. quem ſequitur Ruin. di-
cebant, quòd ſicut odio furum fuit ſpecialiter inductum,
quòd quis poſſit a fure rem ſuam condicere. d.l.b. in.fi. ſic
etiam hoc fuit inductum ſpeciali fauore legatarij, ut poſ
ſet rem ſuam ſibi quæſitam ex legato petere actione per
ſonali, ſed iſta ſolutio non poteſt ſubſiſtere, quia expreſ-
ſe dicitur in. d.l fina. quòd nemo poteſt condicere rem
ſuam ab alio quam contra furem, quid debet. Ego dico,
quòd ſolutio, ſeu ratio Bar. in.d.l. ſi hæredis ſeruus, & in.
d.§. uarijs poſt Ricard. mal. & Cyn. quam etiam ſecutus
fuit Pau. de caſt. hic, ſit optima, ſi recte declaretur, nam
ſciendum eſt, quòd eadem diſpoſitio legati uidelicet &
in uim legati, & in uim fideic. quia intelligitur utrumque
& legatũ & fideic. ut dicitur expreſſe in.l.ij. in.fi. C. cõia.
de leg. et propterea eſt in facultate ipſius legatarij, an ue-
lit rem relictã, ex legato, an eam uellit ex fideicom. quod
de iure nouo clariſſimũ eſt ut dicitur in.d.l.ij. hoc etiam
eſt pluſquam clarũ de iure ff.orum, per.l. peu. ſupra ſi ſer.
uend. ubi expreſſe dicitur, quòd poteſt legatarius uendi-
care fundum legatum, uel ex cauſa fideicom. petere quòd
130 ſibi detur, dũ igitur legatarius † elligit perſonalem actio
nem, declaratur quòd agnoſcit relictum in uim fideicom:
& propterea declaratur, quòd nõ agnoſcit illud in uim le
gati, & propterea, ꝙ dominium non fuerit ſibi quæſitum;
ubi uero eligit rei uendicationem, declaratur, quòd agno
ſcit relictum in uim legati, & quòd propterea dominium
fuerit ſibi acquiſitum a die adite hæreditatis uere, hæc
probantur in.d.l. pen. ut ſupra declaraui hoc eſt, quod di-
131 cit Bar. † in d l. ſi hæredis ſeruus, dum dicit, quòd aut eli
git perſonalem legatarius in caſu illius tex. & tunc dici-
tur competere actio in factum, tanquam quòd non fuerit
dominus a prin. Aut uero eligit actionem in rem, & tunc
aget actione furti, tãquam a principio dominium fuerit,
ſibi quæſitum, nam hæc uerba ad hoc pertinent quia pri-
mo caſu eligit uiam fideicom. quòd ideo non dicatur ſibi
dominium acquiſitum. ij. caſu uidetur eligere uiam lega-
ti, & tunc dicatur dominium ſibi quæſitum, hoc etiam ui-
detur uelle Bar. in.d.§. uarijs, dum dicit, quòd eligendo
perſonalem iam non habet actionem in rem, dum eligit
actionem in rem, iam non habet perſonalem, nam uide-
tur ad id pertinere, quia primo caſu habet ex fideicom:
ideo non habet nec actionem in rem nec dominium ij.
caſu, quia eſt ex legato, iam non habet perſonalem, quæ
competit, tanquam ex fideicommiſ. & Bar. ibi intelligit,
quòd hoc uelit gl. in.d.§. noſtra autẽ Inſti. eo. quaſi quòd
ſenſit gl. prædicte fuerit, quòd ubi elligerit uiam legati,
& ſic ſit dominus, quòd tunc non potuit agere perſonali,
niſi ratione poſſeſſionis, ſed quòd ꝑ illã electionẽ ſit ſub-
lata perſonalis pro re ipſa legata & ita glo. conueniet in
eundem ſenſum cum Barto. & declarando hoc modo non
obſtabunt, quæ in contrarium adducuntur, dum diceba-
tur, quòd poſt agnitionem dominium fuit irreuocabiliter
acquiſitum, ergo non poteſt repudiare quia reſponde-
tur, quòd contrarium procedit, quando relictum agnouiſ-
ſet in uim legati, & acceptaſſet habere rem iure legati,
tanquam ſibi ex legato quæſitam, nam hoc caſu non po-
teſt illi dominio renunciare, nec agere perſonali, prout
quando incipit rem ipſam uendicare, ſed in caſu noſtro, li
cet agnouerit relictum, tamen nõ præciſe agnouit in uim
legati, ſed dum agit perſonali declaratur, ꝙ illud agnouit
in uim fideicom. ut dominium habeat ex facto & miniſte
rio hæredis non autem ipſo iure, ex ui legati, & hoc mo-
do intelligi debet tex. in.l. ſi tibi homo.§. cum ſeruus in-
fra eo. & in l. quædam. de reb. dub. & iſta eſt ratio, quare
132 † duo hæredes eiuſdem legatarij debent conſentire, ut a-
gant uel reali tantum, uel perſonali tantum, ut dicitur in
d.l. huiuſmodi.§. fi. quia eadem diſpoſitio relicti non de-
bet diuerſo iure cenſeri, uidelicet, pro parte legatum, &
pro parte fideicom. ſed uel ex toto legatum, uel ex toto
fideicom. & ſi unus ageret pro parte ſua actione perſona-
li. alius uero pro parte ſua, actione in rem, cenſeretur
pro parte fideicom. & pro parte legatum.

Sed pro intellectu huius, quod dicitur, quòd dominiũ
transeat ipſo iure in legatarium, & competat rei uendi-
catio, uidendum eſt, quando acquiratur dominium rei in
ſpecie, pure, & ſimpliciter legate, legatario, & qualiter,
duæ ſunt concluſiones communes, & ueræ, in prædicta
quæſtione prima quòd acquiratur dominium legatario, a
die, quo cedit dies legati, quamuis ante aditam hęredita-
tem, ſed per fictionem ſecunda eſt concluſio, quòd tale
dominium acquiratur uere, adita hęreditate, ſed quem-
admodum aditio retrotrahitur ad tempus mortis teſtan
tis.l. hęres quandocunque ſupra de acquir. hære. ut fin-
gatur à tempore mortis adiuiſſe, ſic etiam ut fingatur à
tempore mortis ex legato quæſitum dominium legata-
133 rio, & licet hæc concluſio communis ſit uera, † & indubi-
tata, tamen reperti fuerunt contradictores. Nam Petr.
Cuma. Lancel. Dec. & quidam alij Mod tenuerunt, quod
nullo modo, nec uere, nec ficte, acquiratur dominiũ lega-

F tario

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

tario ante aditam hæreditatem, ſed, vt dixi, communis
eſt vera, pro qua eſt caſus in.l.á titio.ff.de furtis,qui cō-
muniter allegatur,eſt etiam caſus in.l.ſi dies in princ. in-
fra quando dies leg.ced.vbi dicitur quod ſi dies non ſit
appoſita legato,præſens debetur,& confeſtim pertinet ad
eum cui datum eſt. eſt etiam alius caſus in.l. ſi poſt diem
§.ſi.eod.tit. quando dies lega.ced. ibi enim dicitur, quòd
ſi legatarius,tempore quo cedit dies legati,ſit ſub aliena
poteſtate, quamuis ante aditam hæreditatem manumit-
tatur,vel alienetur legatum,tamen acquiritur ei,qui e-
rat dominus,tempore quo ceſſit dies legati, & propterea
præſupponit,quòd fingatur eo temporis quæſitum,non au
tem tantum in aditione,quia ſic vel ſibi manumiſſo,vel ei
in quem alienatus eſſet,acquireretur,accedit,quia ſi an-
te aditam hæreditatem legatarius decedens tranſmittit
toto tit. infra quando dies lega.ced.ergo ante aditam hę-
reditatem fingitur quæſitum conſequentia patet,quia ad
134 hoc † ut tranſmittatur, neceſſe eſt,quòd fingatur quæſitū
tranſmittenti,ut eſt caſus,in.l.ſi infanti,in uerſi. quaſi in-
fanti quæſita, & ibi Bald. not. C.de iure deliber. in.l.qui
duos ſupra.de uulg. dicam latiſſime in.l.cum filio . infra
eo.& in.l. hæredes mei.§. cum ita infra ad trebell. & pro
pterea tollitur ſolutio tenentium cōtrariam ſententiam
dum dicebant , non procedere argumentum de tranſmiſ-
ſione ad acquiſitionem,quia uerum eſt, quòd non proce-
dit argumentum , quoad acquiſitionem ueram , ſed bene
quoad fictam, quia illa eſt neceſſaria , ut fieri poſſit tran-
ſmiſſio. Nec obſt. quod legatum in diem non acquiratur
ante diem.l ſempronius attalus infra de uſufruct. lega.&
tamen tranſmittatur. Nam licet ante diem non acquira-
tur uere , tamen fingitur ante diem quæſitum.d l. ſi poſt
diem.§. ſi. Præterea tranſlatio dominij cauſatur ex lega-
to, igitur debet retrotrahi ad tempus, quo cedet dies le-
gati, & legatum eſt in rerum natura, quia effectus retro-
trahitur ad tempus ſuę cauſę,prout in contractibus,quia
quandocunque naſcatur actio & obligatio, ſemper retro-
trahitur ad tempus ſtipulationis, ut eo tēpore uideatur
acquiſita.l.ſi filius fam.ff. de uerb.obli. nec ob.ſi dicatur,
quod aliud ſit in legatis , quia in ipſis non retrotrahitur
135 conditio.l. quæ legata.ff de reg. iur. nam ſolutio eſt † ꝙ
non retrotrahitur conditio uoluntaria ad tempus mor-
tis, quia ante euentum conditionis uoluntatie legatum
non dicitur eſſe in rerum natura.l.j. infra de re. cath. ſed
bene retrotrahitur conditio,neceſſaria quæ non impedit
diem legati cedere,& legatum eſſe in rerum natura,ut di
cetur in.l.iij. infra eo. poſtremo pro hac communi facit
ineuitabilis ratio non ante aditam hęreditatem dicitur
legatum , toto ti. infra quando dies lega. ced. ergo ante
aditam hæreditatem dicetur eſſe donatio, & hæreditatis
delibatio,ut patet ex diffinitione legati, & conſequenter
dicetur eſſe doni datio.l.ſenatus.§.j infra de donatio.cau
ſa mor. ergo a primo ad ultimum,ſequitur,quòd ſi eſt le-
gatum ante aditam hæreditatem, quòd etiam ſit tranſla-
tio dominij in legatariū,poſſent infinita deduci,ſed præ-
dicta ſufficiant, ad rationes in oppoſitum eſt facilis ſolu-
tio , nam dum dicitur , quòd res legata dicitur ante adi-
tionem eſſe hæreditatis.l. legatum ita infra de leg. ſecun
do, & dicitur eſſe hæreditaria l. ſi iuſſu in ſi. infra de ſur-
136 ti. eſt ſolutio,quòd hæc non repugnant, † quòd ante adi-
tam hæreditatem , dicatur eſſe uere hæreditatis domi-
nium rei legate.& tamen ſecuta aditione dicatur,ſeu fin-
gatur fuiſſe legatarij, prout dicimus, quòd dum pater eſt
apud hoſtes captiuus, filius uere eſt ſui iuris tamen ſi pa-
ter ab hoſtibus reuertatur , fingitur fuiſſe in patris pote-
ſtate. §. ſi ab hoſtibus inſt. qui. mo. ius patriæ poteſta.
ſol. ſic, ante aditam hæreditatem , res hæreditarie di-
cuntur in dominio hęreditatis uere , tamen adita hære-
ditate finguntur fuiſſe hęredis.d. l. hęres quandocunque.
Ad aliud, quòd hæc fictio, quia eſt tranſlatiua. non poſſit
ſumi,quia in extremo ad quod, uidelicet, in tempore an-
te aditam hęreditatem,ſit inhabilitas in actu,& in poten
tia , quia ante aditam hæreditatem , non poſſit agnoſci,
nec repudiari legatum.l. iulianus infra eod. l. optione
infra de optio. lega. gloſ. in.l. quia autem.§ j. in uerbo
legatum.ff.quę in frau.credito.l aſ.in.l.legatum delatum
infra eo.nam ſolutio eſt,quod licet ſit inhabilitas agni-
tionis,eſt tamen habilitas illius acquiſitionis,quæ ſit ip-
ſo iure per legem,etiam ante agnitionem,nam ſi accedēte
te aditione ſuccedit habilitas dictæ acquiſitionis in actū,
vt ſtatim dicam,cum illa retrotrahitur,ſequitur neceſſa-
rio,ꝙ ſit habilitas in potentia,ad aliud,quòd fructus per-
cepti ante aditam hæreditatem,non pertinent legatario,
ſed hæreditati, & ſic etiam aliæ acceſſiones,ut eſt caſus
in.l.huic ſcripturæ.ff.ad.l.acquil.& magis cōmunis con-
cluſio in.l.ſi tibi homo.§.cum ſeruus infra eo.eſt ſolutio,
137 quòd hæc fictio † non poteſt operari,cum ſit tranſlatiua,
niſi in his,quæ ſtant in pendenti,& lex uoluit eſſe in pen-
denti,ut in.d.§.ſi ab hoſtibus,&.l.proinde.ff.ſi cer. pet. &
expreſſe Ant. de But. in. c.præterea de appell. Refert &
& ſequitur Iaſ. in.l.ſi is qui pro emptore nu. 310.infra de
vſucap. propterea ſolum operatur circa diſpoſitionem le
gati,quæ ſtat in pendenti,& ea,quę immediate cauſantur
ex ipſo legato,prout ipſa acquiſitio dominij,quia illa ac-
quiſitio dominij ſtat in pendenti,in conſequentiam eius,
quia diſpoſitio legati ſtat in ſuſpenſo, non autem opera-
tur circa acquiſitionem fructuum,quia illa acquiſitio fru
ctuum cauſatur ex dominio.non autem ex legato.d l.ſi ti-
bi homo.§ cum ſeruus infra eo. Bar. in.l.in fideicom.in-
fra ad treb. nam acquiſitio fructuū non ſtat in pendenti,
quamuis ſtet in ſuſpenſo diſpoſitio legati, ſic quamuis di-
cta fictio operetur,ꝙ dominiū ſerui legati videatur quæ-
ſitum legatario á die mortis, non tamen operatur , quòd
eidem fingatur quęſitum dominiū alterius rei legate ei-
dem ſeruo,ut eſt caſus in.l.cum legato ſeruo infra quan-
do dies leg.ced.ratio eſt,quia acquiſitio dominij ſerui le-
gati cauſat ex legato ipſius ſerui, mihi facto, & ideo ſtat
in pendenti,ſicut ipſa diſpoſitio legati,quoad per aditio-
nem confirmetur. Sed acquiſitio rei legate ipſi ſeruo cau-
ſatur ex dominio ipſius ſerui,nō ex legato ipſis ſerui,pro-
pterea,quia non ſtat in pendenti,ex eo quia ſtet in peden
ti diſpoſitio legati,circa id dicta fictio non operatur, ope
rabitur igitur prędicta fictio effectum tranſmiſſionis, ut
dixi,operatur ēt effectum acquiſitionis rei legatę in per-
ſona eius,ſub cuius poteſtate erat legatarius tēpore, quo
cedit dies legati. d.l.ſi poſt diem.§.ſi. operabitur etiam,
ꝙ ſi legatarius faceret teſtamentum,in quo legaret bona
mobilia,ſeu immobilia,uel donaret inter uiuos,ante adi-
tam hæreditatē,quo caſu intelligimus de pręſentibus.l.
ſi ita.l. medico,ff.de aur. & ar. le. tamen legatum eidem
factum ueniret in dicto legato,ſeu donatione,quia dice-
retur fore ipſius,tempore teſtamenti,ſeu donationis, præ
dicta concluſio communis non procedit in legato uſuſfru
ctus,quia cum eius dies non cedat,niſi à die adite hęredi
tatis.l.ij.cum ſeq.infra quando dies leg.ced. l.eirca quan-
do dies lega. uſuſfru. ced. non poteſt fingi quæſitus ante
aditam hęreditatem,tempore mortis defuncti,& propte
rea contra hæredem differentem adire hæreditatem, ut
differat legatum uſuſfructus,eſt prodita actio,de qua in
l.uſusfructus,la ſecunda.ff.de uſufruc.
138 Alia etiam concluſio communis, † quòd immo acqui-
ratur uerum dominium à die adite hæreditatis,ſed reuo
cabiliter,ante agnitionem : eſt uera & indubitata : & mi-
rum eſt quòd aliquis auſus fuerit contradicere nam præ-
ter id quod tex.dicit,quòd acquiritur ignorāti.l.cū pater
§ ſurdo.infra de le.ij.& ꝙ acquiratur ſtatim adita hęre-
ditate,ut in.l.ſeruo legato in prin.infra eo probatur alijs
neceſſarijs fundamētis & rōnibus,nam ſi acquiſi.quę ſit p
139 legē † ſit ipſo iure ſine cōſenſu eius,cui acquiritur.l.ēt in-
uitus.ff.de acq.re.do.l.ſeruus uetante.ff.de uerb obl.ergo
etiam acquiſitio,quæ ſit per diſpoſitionē teſtatoris, quia
habet uim legis.§ diſponat in authē.de nuptijs,præterea
non diceretur legatum, donatio in teſtamēto relicta, nec
à defuncto relicta,prout diffinitur legatum,ſi requirere-
tur cōſenſus legatarij ad acquiſitionem,ſicut propter id.
quia ad acquiſitionem hæreditatis requiritur conſenſus
hęredis,inſtitutio ipſa nō dicitur donatio,ut late dictum
fuit in rubr. ſed quid fortius,de hoc habemus caſum in.l.
ſi.ff.communia prędiorum.nam in tex. illo dicitur, quòd
quia ſeruitus non poteſt conſtitui per partes, quod ſi de-
bet conſtitui in fundo communi,neceſſe eſt quòd omnes

domi-

domini conſtituant,& ſi ſeparatim conſtituant in actu in
ter uiuos, quòd ex conſtitutione nouiſſimi cetere omnes
confirmantur, perinde ac ſi omnes ſimul cum nouiſſimo
conſtituiſſent, ſubdit text. quòd aliud erit, ſi dicti domi-
ni in eorum teſtamētis legauerint ſeruitutum, quia tunc
non ualetes, niſi ponamus caſum, quòd pariter eorum hæ
reditas adeatur, & ſubdit text. rationem. Non enim ſi-
cut uiuentium, ſic & defunctorum actus ſuſpendi rece-
ptum eſt,& ideo text. ille cōcludit duo, primum, quòd in
ipſa aditione acquiratur, & ideo, ſi diuerſo tempore hæ-
reditas adiretur, omnia legata forent nulla, quia per par-
tes non potuit acquiri ſeruitus, nam ſi in agnitione tan-
tummodo acquireretur, ſufficeret, quòd eodem tempore
omnia legata agnoſcerentur, quia ſic eodem tempore in
ſolidum ſeruitus acquireretur, uult etiam text. quòd ubi
dies legati cedit, quòd non poteſt ſtare in pendenti, quia
ſtatim adita hæreditate inducit effectū acquiſitionis rei
legate ultimo probatur quia ſi ad acquiſitionem legati
requireretur agnitio legatarij, ſequeretur quòd iſta con-
ditio, ſi legatarius uolet uel ſi agnouerit, eſſe neceſſaria,
& propterea quòd eius expreſſio non faceret legatū con-
ditionale.l.iij. infra eo. Hoc tamen eſt falſum, et contra
tex.in.l.ſi ita.§.illi ſi uelet.infra eo ergo,& antecedens,ſe
quitur igitur, quòd ante agnitionem ſit ipſa acquiſitio,&
ꝙ illa agnitio. ſeu repudiatio, requiratur, non ad inducen
dum ipſam acquiſitionem, ſed uel ad confirmandum, ſeu
reſoluendum illam acquiſitionem factam a lege, & pro-
pterea eſt falſa opinio. Petr. Cum. & Lancell. Dec. qui
dicebant, quòd uera acquiſitio ſit in agnitione, ſed quòd
fingatur facta tēpore adite hæreditatis, & eorū qui dice-
bant, quòd ante agnitionem, nec uere, nec ficte diceretur
facta acquiſitio, ſed quòd per agnitionem fieret acquiſi-
tio, quæ tamen retrotrahetur ad tempus adite hæredita-
tis, ut dicatur eo tēpore uere facta,& ad rationes, quæ ad-
140 ducuntur in contrarium, eſt facijs ſolutio, nā ad id,† quòd
ante agnitionem dicatur dominium rei legate eſſe in pen
denti.l.ſi tibi homo.§.cum ſeruus infra eo.l. ſeruum filij.
§.j.infra eo.l.proinde.ff.ſi cer. pet.l.quedam.ff.de re.dub.
optime procedit ſolutio communis, quòd dicitur ſtare in
pendenti propter acquiſitionem irreuocabilem, nam ſen
ſus eſt, quòd quia illa acquiſitio eſt reuocabilis, quoad
agnoſcatur, quòd propterea ſtat in pendenti, quoad fiat ir
reuocabilis, nō quin dicatur quęſitum etiā uere, ſed quia
illa acquiſitio eſt reuocabilis, & uenit reſoluenda, caſu,
quo legatum repudietur,& ita reſoluatur, ut habeatur ac
ſi non eſſet facta ſed per hoc non infertur, quin antea ue-
re fuerit acquiſitum ſicut dicimus, quòd quando filius eſt
effectus ſui iuris propter patris captiuitatem, licet eius
ſtatus pendeat propter fictionem poſtliminij, quia per re-
uerſionem patris ab hoſtibus, reſoluitur uſque a princi-
pio illa exiſtentia ſui iuris filij, ut ſemper uideatur fuiſſe
in patris poteſtate, ut in.d.§. ſi ab hoſtibus, non ex eo ſit,
quin, patre decedente apud hoſtes, uere dicatur ſui iuris
fuiſſe uſque a principio, prout hęc, & plura alia declarat
gl.in.l.eum pater.ff.de nego.geſt.ſic igitur, quotieſcūque
quid dicitur pendere ex futuro euentu, non quia ex futu-
ro euentu inducatur, ſed quia ex futuro euentu declara-
tur, an id, quod eſt actum, ſit reſciſſum uſque a principio
uel confirmatum, propterea talis pendentia non arguit,
quin antea illud dicatur uere actum, ſeu acquiſitum, ra-
tio, quia illa declaratio, quę ſumitur ex futuro euentu, ni
hil de nouo inducit, ſed declarat.l.hęredes palam.§.j.ſu
pra de teſta.& hoc eſt, quod dicit tex.in d.l.quędam dum
dicit, & apparet quid actum eſt. Non igitur poſſumus di-
cere, quòd agnitio inducat acquiſitionem, quia ſic etiam
diceremus, quòd repudiatio induceret acquiſitionem rei
legate in hærede, quia ex ea declaratur quòd a principio
fuit acquiſita hæredi, cum tamen clarum ſit, quòd ea adi-
tione hæredis ſit acquiſita, non ex repudiatione legata-
rij, non etiam arguit, quòd antea non ſit uere quæſitum,
quia illa pendentia nō eſt circa id, an ſit quæſitum uel ne,
ſed an reſoluenda ueniet illa acquiſitio, uel non, ut in ſi-
mili habetur in dicto.§. ſi ab hoſtibus, non ob. quòd tex.in
dicto.§.cum ſeruus cum ſimilibus, loquatur, per uerba, in
141 telligitur, ſeu uidetur,† quę denotant fictionem, ut nota-
in l.ſi is qui pro emptore per Bartulum,& alios.ff. de uſu
capionibus, quia ſolutio eſt, quòd denotat fictionē, quan-
do per illud uerbum, lex aliquid uult inducere de nouo,
ſecus eſt, ubi ſolum uult declarare id, quod actū eſt, quia
tunc non importat fictionem. Nam exponitur, hoc eſt de-
claratur, cognoſcitur, apparet, demonſtratur,& ſic de ſin-
gulis, caſum habes in dicto §.ſi ab hoſtibus, caſum, etiam
habes, in.l. uentre, ſupra de acquiren. hæredi. in quan-
tum loquitur de uentre uacuo,& uult text. quòd ubi co-
gnoſcitur, quod uenter fuit uacuus, quòd filius in poteſta-
te, ſuus eſſe intelligitur nam illud uerbum, non importat,
quòd ſit hæres ficte, quia clarum eſt, quòd uere eſt ſuus,&
illud uerbum, intelligitur, exponitur, hoc eſt, apparet, ſeu
declaratur ſic eſt in caſu noſtro per agnitionem legatarij,
nō inducitur, aliquid de nouo, ſed declaratur quòd acqui
ſitio iam facta per legem in aditione, non fuit infirmata,
ſeu reuocata, aut reſciſſa, ſed confirmata, propterea nō im
portat fictionē, ſic quia repudiatio declarat, quòd á prin-
cipio ſit reuocata,& reſciſſa illa acquiſitio facta per legē,
& quòd per aditionem hæres acquiſiuit dominium rei le
gate, cum dominio hæreditatis, propterea non intelligi-
tur ſecundum fictionem, ſed ſecundum ueritatem. Non
obſtat tex.in.l.legatum ita infra tit.i.dum dicit, quòd le-
gatum, ita dominium rei legatarij facit pro ut hęreditas
142 hæredis res ſingulas. | Nam tex.ille obſtaret, ſi ſenſus il-
lorum verborum eſſet, prout aliqui arbitrātur, uidelicet,
quod eo modo quo hęreditas acquiritur hęredi, ita domi
nium rei legate acquiritur legatario. Nā tunc directo ſe-
queretur, qđ ſicut hæreditas nō acquiritur ante agnitio-
nem, ſic nec legatum. Sed illa uerba non poſſunt recipere
iſtum ſenſum, non.n.dicitur quòd eo modo acquiratur
dominiū rei legate, quo acquiritur hæreditas, ſed dicitur
quòd legatū facit dominium rei, legatarij, prout hæredi-
tas, hæredis, res ſingulas, quæ uerba id ſolum denotant, ꝙ
eo modo quo acquiſita hæreditate, hęreditas ipſa facit, ꝙ
res ſingulæ ipſo iure acquirantur hęredi, ſic etiam legatū
facit ꝙ dominium ipſo iure acquiratur legatario, & licet
hæreditas non acquiratur ante agnitionem, tamen facit,
ꝙ res ſingulas acquirantur hæredi, abſq; eo, ꝙ res ſingulæ
agnoſcantur, ſic etiam legatum facit quod dominium rei
legate acquiratur, abſque agnitione,& hoc modo de dire
cto tex. ille probat cōmunem,& in alio idem rea. probat
communem, dum dicit, quòd eo pertinet, ut dominium
recta uia ex defuncti uoluntate in legatarium tranſeat,
nam ſi tex. uult, quod tranſeat ex uoluntate defuncti, i
tur præſupponit, quòd agnitio non ſit neceſſaria, quia di-
ceretur tranſire etiam ex uoluntate legatarij. Non obſt.
text. in.l.ſi ita hæreditatem. ſupra de condi. inſti. Nam
143 † pro ſolutione dico, quòd illa uerba tex. neque hæredi-
tas neque legatum aliter poterit acquiri, quam ſi poſt im
pletam conditionem id egerit ſcriptus hęres uel legata-
rius, pro quod hæreditas, uel legatum acquiri ſolent, mi-
nime probant, quòd ante agnitionem, non acquiratur le
gatum, quia, ut dicunt communiter doct. ibi poſt glo.tex.
ille loquitur de acquiſitione irreuocabili,& quæ ſit ex uo
luntate ipſius legatarij, quod aperte conſtat, quia inten-
tio tex. eſt, denotare, quòd per adimplementum condi-
tionis, non inducatur aditio hæreditatis, nec agnitio lega
ti,& propterea patet, quod loquatur de acquiſitione, quæ
fit ex uoluntate legatarij,& huiuſmodi agnitio, non ali-
ter contingit quam ſi fiat id per quod hæreditas ſeu lega
tum, quæri ſolet, ſubaudi, ex uoluntate & per hoc non ui-
detur negare tex. quin ante agnitionem fiat acquiſitio p
legem, licet non ea uoluntate legatarij. Non ob.tex.in.l.
cum ueto.§.ſi.infra de fideicom.hæred.in his verbis.pro-
ponamus enim legatarium, ſeu fideicommiſſarium non-
dum nactum dominium ſerui. Nam pro ſolutione dico,
144 quòd illa uerba intelliguntur de illa acquiſitione,† quæ
fit de iure communi per traditionem, ſeu apprehenſio-
nem poſſeſſionis, non autem intelligi poteſt de illa ac-
quiſitione reuocabili, quæ fit á lege ante agnitione nec
etiam de irreuocabili, quæ fit in ipſa agnitione, cum lo-
quatur de illa, per quam legatarius obligatur manumit-
tere ſeruum ſibi legatum,& poſtquam, ſi nō manumittat,
poſſet conſtitui in mora, ut ſic poſſit per ſenatuſcōſultum

ſeruus ille perduci ad libertatem, & talis obligatio, & mora eſſe non poteſt, niſi poſt traditionem ſerui legati l. ſi legatarius infra de lega. iij. & ante traditione non poſſet manumittere, ut dicit glo. in d. §. ſi. in uerbo, impeditur. Non ob. quòd ſeruitutes debite fundo legato per fundum hæredis, confundantur. l. huiuſmodi §. ædes, & l. legatum eſt. §. ſi. infra eo. & eodem modo ſeruitutes debite fundo hæredis per fundum legatum. l. ſi ſeruus titij. §. j. inf. e. l. papinianus. ff. de ſeruit. quia dico, quòd per hoc non ſequitur, quòd dominium utriuſque fundi, tam dominantis, quam ſeruientis in omni caſu fuerit apud hæredem, ex quo dicta iura nõ dicunt quòd ſemper confundantur. Sed in eo caſu, in quo confunderẽtur, adhibet illa remedia, de quibus in. dd. ll. ad effectum, ut iterum imponantur ſerui-
145 tutes. † & ideo exemplificari poſſunt. dd. ll. quando legatum eſſent in diem, uel ſub conditione, ut exemplificat gl. & doc. ibi. poſſent etiam exemplificari in legato puro, in caſu, quando legatarius agit perſonali, tanquam hęres ſit obligatus ad dandum, & omittit rei uendicationem, quòd poteſt facere, etiam de iure ff orum. l. cum filius § uarijs infra de lega. ij. l. pe. ff. ſi ſer. uendicetur, & ſupra dictum fuit. Nam tunc diceretur dominium fuiſſe quæſitum hęredi, quia legatarius, non acceptauit illam viam, quòd ipſo iure ſit ſibi acquiſitum, & propterea his caſibus ſeruitutes confunderentur, ſed non propterea ſequitur, ꝙ ſi legatum eſſet purum, & legatarius eligeret rei vendicationẽ, & vellet ꝙ dominium ipſo iure intelligeretur ſibi quæſitum, ꝙ tunc dicte ſeruitutes confunderentur, ex quibus omnibus patet quòd concluſiones communes ſupra firmate ſunt indubitate, in caſu quo legatarius elegit rei uendicationem, ſed in caſu quo elegit perſonalem, nunquam cenſeri poterit dominium ipſo iure acquiſitum, vt ſupra dictum fuit. Et ita cum laude Dei ſit expedita iſta lex prima.

F I N I S.

SOLENNIS REPETITIO LEGIS tertiæ de lega. j. eiuſdem Domini Hieronymi Tornielli Iuriſconſulti Clariſſ. per quam & inuoluta ipſius legis materia dilucidatur, & plurima vniuerſalia principia circa cõditionum materiã, hactenus incognita declarantur.

S V M M A R I V M.

1 *Conditiones de adeunda hæreditate, de quibus in lege noſtra non faciunt legatum conditionale, & qui ſit ſenſus huius deciſionis, & nu. 9.*

2 *Ratio deciſionis de qua in lege noſtra, non eſt illa, quã arbitrantur doctor. videlicet, quia conditiones ſint expreſſe eo modo, quo tacite inſunt, ſed quia conditiones de aditione hæreditatis retrotrahuntur.*

3 *Qui effectus reſultet ex eo, quod per conditiones, de aditione hæreditatis legatum non fiat conditionale.*

4 *Conditiones, quæ tacite inſunt non faciunt legatum conditionale.*

5 *An conditio tacita legis ſubrogata in locum conditionis expreſſe a teſtatore faciat legatum conditionale.*

6 *An prætor dum remittit conditionem iuramenti ſub intelligat illud onus de dãdo uel faciendo id quod honoratus iuſſus eſt iurare. ſc. daturum vel factũrum in vim conditionis, vel in vim modi, & ibidem de intellectu l. quæ ſua conditione. §. quoties ſupra de conditio. inſtitutio.*

7 *Quæ ſit ratio, quare conditiones tacite a lege ſubintellecte non faciant legatum conditionale, & nu. ſequen.*

8 *Conditio teſtatoris uoluntaria non ſolum ſuſpendit effectum cauſandum ex legato, ſed etiam ipſius legati diſpoſitionem, ut ante euentum conditionis nõ dicatur legatum, ſed conditio ſubintellecta à lege ſolum ſuſpendit effectus legis cauſandos ex legato, & ibi de ratione diuerſitatis, & nu. ſeq.*

10 *Quibus caſibus conditio tacita ſubintellecta à lege faciat legatum conditionale & impediat tranſmiſſionem, & ibi de ratione, quare in. l. cum ita infra quando dies legati cedat. conditio tacita impediat tranſmiſſionem, & ibidem remiſſiue, quomodo dignoſcatur, an conditio tacita ſit ex legis diſpoſitione, an ex teſtantis diſpoſitione.*

11 *Conditio tacita ſubintellecta à lege facit contractum conditionalem, et de ratione diuerſitatis inter contractum & legatum.*

12 *Quæ ſint ille tacite conditiones ſubintellectæ a lege, quę non faciant actum inter uiuos conditionalem.*

13 *Quod alio reſpectu dicatur legatum conditionale, & diem legati cedere, quam dicatur contractus conditionalis, & ibi de ratione, cum nu. ſeq.*

14 *Conditio in contractibus non ſuſpendit ipſum contractum quoad diſpoſitionem, verum ſolum quoad effectum, videlicet quoad actionem & obligationẽ, & ibi de ratione diuerſitatis; quare aliud ſit in legatis, quam in contractibus, & nu. ſeq.*

16 *Legatum dicitur conditionale duplici reſpectu, & dies dicitur cedere in legatis duplici reſpectu contractus uero dicetur conditionalis uno reſpectu tãtum, & uno tantum reſpectu dies dicetur cedere in contractibus.*

17 *Ratio quare in contractibus conditio retrotrahatur, ſecus autem ſit in legatis.*

18 *Ratio quare actio & obligatio ex contractu conditionali tranſmittatur, & tamen non tranſmittatur legatũ conditionale, & ibi quod ad effectum ut quid tranſmitti poſſit requiritur, ut fingatur acquiſitũ tranſmittenti ante eius mortem.*

19 *Ratio quare in contractibus pendente conditione dicatur debitum ſaltem large & improprie, ſecus autem ſit in legatis.*

20 *Quando hæc conditio, ſi ſeius hæres erit, adiecta legato dicatur expreſſa, eo modo, quo tacite ineſt, & quando aliter, cum nouem ſequentibus.*

21 *Quod in dubio legatum uideatur relictum ab illo herede in cuius perſona ſit adſcripta conditio.*

22 *Quibus caſibus legatum relictum ab uno hærede tantum debeatur à ceteris cohæredibus, quibus portio ipſius accreſceret.*

23 *Quòd hæc cõditio, ſi ſeius hæres erit cenſeatur expreſſa prout tacite ineſt, & quod non obſtante, quod legatum poſſit aliter deberi ex diſpoſitione legis quod tamen cenſeatur expreſſà prout tacite ineſt.*

24 *Ratio, quare non obſtante, quod legatum poſſit aliter*

deberi,

deberi, ex legis diſpoſitione, & tacita voluntate defuncti dicta conditio, ſi ſeius hæres erit, cenſeatur expreſſa prout tacite ineſt, & num. 37.

25 *Quòd ubi legatum poteſt aliter deberi ex teſtantis diſpoſitione expreſſa ut puta, quia ſit in teſtamento adiecta clauſula codicillaris, dicta conditio cenſeatur expreſſa aliter quam tacite inſit.*

26 *An in caſu quo teſtator expreſſe diſpoſuiſſet, quòd portiones accreſcerent cohæredibus cum onere legatorum, & quòd ſubſtitutus teneatur ad legatis cenſeatur dicta conditio expreſſa aliter quam inſit.*

27 *Quod ubi ab omnibus inſtitutis fuit legatum relictum ſub conditione, ſi ſeius hæres erit, quod dicta conditio cenſeatur expreſſa eo animo ut faciat conditionem pro portionibus cohæredum, ſed non pro portione ſei.*

28 *Quibus caſibus per conſtitutionem ſeueri de qua in l. ſi titio & meuio §. iulianus infra. tit. j. prouiſum ſit, quod portio unius hæredis accreſcat cæteris cum onere legatorum, & ibi de intellectu d. §. iulianus & l. titio §. ſi. infra quando dies legat. cedat.*

29 *Conditio in dubio intelligitur expreſsa eo modo, quo tacite ineſt, quamuis propter id diuerſo iure determinaretur.*

30 *Hæc conditio, quiſquis mihi hæres erit & conſimiles ſemper cenſentur expreſſe prout tacite inſunt, niſi in teſtamento ſit clauſula codicillaris.*

31 *An hæc clauſula, quiſquis mihi hæres erit habeat vim clauſule codicillaris, & ibi de concordia Bar. qui ab omnibus in hoc articulo contrarius exiſtimatur & numero ſequen.*

32 *Quòd nec in teſtamentis nec in contractibus ex conſenſu circa vnam diſpoſitionem inferri poſſit adeſſe conſenſum circa aliam.*

33 *Qua ratione adiectio clauſule codicillaris operari poſſit, quòd illa verba, quiſquis mihi hæres erit cenſeri debeant expreſſa eo animo, vt conſtituant conditionem cum duobus ſequen.*

34 *Ratio quare illa conditio, ſi quid factum erit, ſiue non erit alternatiue adiecta legato impediat tranſmiſſionem, & ibi de intellectu l. huiuſmodi infra quando dies lega. ced.*

35 *Quod per clauſulam codicillarem nunquam cenſeatur repetitum a cæteris venientibus ab inteſtato illud legatum, cui adiecta fuit conditio, quiſquis ex ſuprascriptis hæres erit, vel ſi ex teſtamento adeatur hæreditas.*

36 *An vbi clauſula codicillaris non eſt expreſſa a teſtatore, ſed ſpecialiter ex priuilegio in aliquibus caſibus ſub intelligatur ex legis diſpoſitione, in dictis caſibus, hæc verba quiſquis mihi hæres erit cenſeri debeant expreſſa aliter quam inſint.*

37 *Ratio diuerſitatis, quare dicta verba, quiſquis mihi hæres erit cenſeantur potius expreſſa aliter quam inſint in caſu, quo legatum poſſit deberi ex teſtantis diſpoſitione expreſſa, quam ubi ſolum poteſt deberi ex legis diſpoſitione, & tacita voluntate defuncti, & ſupra nu. 24.*

38 *An quando pluribus ſubſtitutis teſtator legat ſub hac conditione, ſi omnes adierint hæreditatem dicta conditio dicatur expreſſa prout tacite ineſt, vel alio modo.*

39 *Quod omni caſu quo conditiones de aditione hæreditatis ſunt expreſſe aliter quam inſunt, quod habentur pro cõditione, quo ad effectum, ut ipſis non exiſtentibus legatum deficiat.*

40 *An conditiones de aditione hæreditatis in caſu quo ſunt expreſſe aliter quam inſunt faciant legatum conditionale, quoad effectum ut tranſmitti nõ poſſit cum pluribus ſeq.*

41 *Quod nunquam dicte conditiones de aditione hereditatis impediant tranſmiſſionem quando cenſetur aliter expreſſe, quam inſunt, & habentur pro conditione propter adiectionem clauſule codicillaris.*

42 *Quod conditio aliquãdo dicatur ineſſe legatis quamuis ſit expreſſa aliter quam tacite inſit.*

43 *Quod regula & diffinitio labeonis, de qua in l. ſi Titio. §. & idem infra quando dies lega. ced. procedat quamuis conditiones de aditione hæreditatis, & ille ſub quibus hæredes ſunt inſtituti, ſint aliter expreſſe, quam inſint in legatis, & ibi de intellectu. d. §. & idem.*

44 *An ubi legatum ſit ab omnibus hæredibus, ſub conditione, ſi alter eorum ſit heres per dictam conditionem impediatur tranſmiſſio legati.*

45 *Qui ſit ſenſus et ratio prædicte regule labeonis, et que ſit ratio quare conditiones de aditione, & ille ſub herede ſunt inſtituti non impediant tranſmiſſionẽ.*

46 *Quod conditiones de aditione hereditatis, & ille ſub quibus facta fuit inſtitutio adiecte legatis nunquã faciant legatum conditionale, quo ad diſpoſitionem uerum ſolum quoad actionem & obligationem, & ibi de ratione.*

47 *An conditiones, ſub quibus facta fuit inſtitutio, adiecte legatis ſemper faciant conditionem, quo ad effectum, ut illis non exiſtentibus legatum deficiat.*

48 *An ubi legatum fuit legatario ſub conditione, & deinde ſub eadem conditione grauatus ſit idem legatarius, an fideicommiſſum relictũ a legatario cenſeri debeat conditionale, ita ut non poſſit trãſmitti.*

49 *Ratio quare conditio, quiſquis mihi hæres erit, adiecta exhæredationi cenſeatur adiecta aliter quam inſit, quamuis propter hoc uitietur exhæredatio & teſtamentum, & nu. ſeq.*

50 *Quod exheredatio operetur omnes effectus ſuos ante aditionem hæreditatis, & quod illa conditio, quiſquis mihi heres erit, non ineſt exeredationi uerum ſolum ad comprobandum uel reſoluendum effectus cauſatos ab exhæredatione, & qui fuerit ſenſus Bart. in ſol. l. iij. §. filius. ff. de lib. & poſthu.*

51 *Conditio appoſita ad reſolutionem contractus non facit contractum conditionalem.*

52 *Ratio quare illa cõditio ſi uolet, adiecta legato faciat legatum conditionale, & cenſeatur expreſſe aliter quam inſit.*

53 *Conditio ſi uolet, non dicetur ineſſe legato, quia non ſuſpendit aliquem effectum legauit, ſed ſolum dicetur in eſſe ad confirmandum, uel reſoluendum effectus cauſatos ex legato.*

54 *Que ſit ratio. l. actus legitimi infra de reg. iur. in eo*

quod

quod dicitur, quod ſi in acceptilatione exprimatur cōditio, quæ tacite inſit, quod uitietur acceptatio.

55 *Quæ ſit ratio eius, quod dicitur in l. huiuſmodi in principio, uidelicet quòd ſi fiat legatum ſua conditione, ſi legatarios ſatisdederit de adimplendo modum quòd cōditio cenſeatur expreſſa prout tacite ineſt, & legatum cenſeatur purum.*

56 *Conditiones de eo, ad quod quis diſpoſitiue tenetur intelliguntur & regulantur iuxta terminos dictæ diſpoſitionis & uu. ſeq. ad ſi.*

57 *Generalis theorica circa illum articulum, an & quando conditiones, quæ tacite inſunt cenſeri debent expreſſe prout inſunt, & quando alio modo.*

58 *An hæc uerba, ſub ea conditione, addita per teſtatorem conditioni tacite adiectæ legatis faciant, quòd teſtator cenſeatur uoluiſſe facere legatum conditionale ad effectum ne poſſit tranſmitti.*

99 *An illa uerba, ſub illa conditione, operentur, quòd conditio, quæ tacite ineſt expreſſa in legatis habeatur pro conditione quoad effectum ut ea non exiſtente legatum deficiat, & ibi remiſſiue ex quibus coniecturis colligi poſſit quòd teſtator uelit tacitas conditiones impedire tranſmiſſionem.*

60 *Quādo expreſſio eorū, quæ tacite inſunt per modū diſpoſitionis aliquid operetur, & prius quid in caſu quo diſpoſitio inſit de neceſſitate ex legis diſpoſione.*

61 *Quod ubi diſpoſitio ineſt præter uoluntatē, quòd tunc expreſſum facit ceſſare tacitum, & aliquid operatur, ſecus ubi ineſt ſecundum uoluntaten diſpoſitiuam.*

62 *Quomodo cognoſcatur utrum aliquid inſit ex legis diſpoſitione præter uoluntatem diſpoſitiuam, an uero ſecundum uoluntatem diſpoſitiuam.*

63 *Qui effectus cauſentur ex eo quod expreſſum facit ceſſare tacitam legis diſpoſitionem, & facit quòd cenſeatur diſpoſitio hominis & nō legis.*

64 *Quæ ſit illa differentia, quam uoluit conſtituere Bar. inter caſum, quando illud tacitum, quod exprimitur ineſt ex legis diſpoſitione preter uoluntatem diſpoſitiuam teſtantis & cōtrahentiū, an ex tacita diſpoſitione hominis.*

65 *Quæ fuerit intentio Bart. in ſol. ad l. ſi. C. de inſtit. et ſubſtitutio. & l. precibus. C. de impuberum. & quæ ſit uera ratio, cur pupilaris expreſſa excludat matrem, ſed non tacita.*

66 *Generalis theorica ex mente Bart. in illo articulo an expreſſio eius, qđ diſpoſitiue ineſt, aliquid operetur.*

67 *An expreſſio diei, quę tacite ineſt ex legis diſpoſitione, facta per arbitrum impediat purgationem moræ & ibi an arbiter poſſit coarctare illud tempus, quod datur iudicatis.*

68 *Quę ſit ratio, quare dies ſubintellecta a lege gratia miſerationis non conſtituat quem in mora, & an idem ſit in die ſtatuto per arbitrum uel a contrahentibus gratia miſerationis, & quo modo dicatur apponi dies ſolum gratia miſerationis.*

69 *An ſocietas contracta ſuper legitimis hæreditatibus extēdatur ad legitimas hæreditates, quæ deferūtur ex teſtamento, & ibi de ratione, quare dictæ hæreditates ueniant in dicta ſocietate non obſtante, quòd dicantur teſtamentariæ.*

70 *An hæreditas debeatur uenientibus ab inteſtato ſecundum uoluntatem defuncti diſpoſitiuam, an uero preter & ultra eius uoluntatem.*

71 *An ſtante ſtatuto, quòd partes cogantur ad compromiſſum, ubi a partibus ſimpliciter fiat compromiſſum illud cenſeri debeat uoluntarium uel neceſſarium & ibi per diſtinctionem opiniones doct. contrarie ad concordiam reducuntur.*

72 *Quę ſit ratio differentiæ quare expreſſio conditionis, quæ ineſt ex neceſſitate non faciat, quòd illa conditio dicatur etiam eſſe ex uoluntate, & tamen expreſſio diſpoſitionis, quæ ineſt de neceſſitate ex legis diſpoſitione facit quòd illa diſpoſitio dicatur etiam eſſe ex uoluntate ipſius diſponentis.*

73 *Generalis doctrina ad conoſcendum quando id quod ineſt tacite per modum diſpoſitionis intelligatur expreſſum eo modo, quo tacite diſpoſitum eſt, uel alio modo, per quam plures deciſiones legum & doctorum quæ adinuicem repugnare uidebantur ad concordiam reducuntur, uſque ad finem comenti.*

HAs e uerba Iſta lex. 3. eſt multum notabilis, & eius materia nun perfecte a ſcriben. declaraur. Principalis deciſio legis noſtre eſt, quod tres conditiones de adeunda hæreditate teſtatoris, de quibus in tex. non faciant
1 ſubiectū legatum conditionale, † circa quam deciſionem, de pluribus dubitatur, & primo, quiſ ſit ſenſus huius deciſionis, communiter docto. dicunt, quod ſenſus eſt, ut nihil operentur iſte conditiones, ſed hæc expoſitio mihi non placet, quia hoc nun dicitur in tex. & aliud eſt dicere, quod conditio non facit legatum conditionale, aliud, quod nihil operatur, quia ut infra dicetur aliquando iſtę cōditiones operātur aliquid, quam uis non faciant legatū conditionale, quoad effectū, ut impediatur tranſm.igiſ legati. Dices ſenſū fore, q̄ expreſſio harū conditionū non facit conditionē in legatis, quoad effectū, ut impediat diē legati cedere, & eius tranſmiſſionē prout ēt dicitur in gl non tñ q̄ per hoc negatur, quin quo ad alios effectus habeat uim conditionis & aliquid operetur, ut infra declarabitur, ſecūdo dubitatur, cur ſit ratio
2 decidendi. doct. cōmuniter reſpondent, rationē eſſe, † quia conditiones, quæ tacite inſunt ex legis diſpoſitione, nō faciunt legatū conditionale. l. conditiones quæ extrinſecus infra de cōditio. & demōſt. l. q̄ pure. l. cū illud aut illud. §. ſi. inf. qn̄ dies lega. cedat. & hac rōne iſtę cōditiones, de aditione hæreditatis nō faciunt legatū cōditionale, quia tacite inſunt, ex legis diſpoſitione, rō n. ualet legatū, niſi adeatur hæreditas. l. ſi nemo ſupra de teſtamenta. tutel. l. cū quā. C. de fideicom. & propterea dicūt doc. q̄ ſi iſte cōditiones, forent expreſſe alio modo, quam tacite inſint, facerent legatum conditionale, per text. in l. ſi Titio. § ſi. infra quando dies lega ced. ex quo tunc ceſſaret prædicta ratio. Sed iudicio meo, hæc ratio non eſt bona, nec poteſt adaptari ad legem noſtram, quamuis in ſe uera ſit, & per plura confunditur. Et primo, quia lex noſtra ſimpliciter, & indiſtincte determinat, quod dictæ conditiones non faciunt legatum conditionale, & tamen, attenta prędicta ratione debuiſſet diſtinguere, an ſint expreſſe eo modo quo inſunt, uel aliter. Secundo, quia lex noſtra ſi præſupoſuiſſet iſtam rationem, expreſſiſſet formam inſtitutionis, & legati, ad effectum ut colligi poſſet, quod iſte conditiones fuerint expreſſe eo modo, quo tacite inſunt, ſicut facit text in d. l. Titio. §. j.

Tertio, quia tex nullam conſtituit differentiam, inter hanc conditionem. quiſquis mihi hæres erit, & illam,

ſi ſe ius hæreſcerit & tamen, ſi attendimus prædictam ra-
tionem & opinionem . eſſet differentia in aliquo caſu, ui-
delicet, quando plures forent inſtituti, & ab omnibus le-
gatum, nam tunc hæc conditio quiſquis mihi hæres erit
non faceret legatum conditionale quia expreſſa foret,
prout tacite ineſt, & tamen illa, ſi ſeius hæres erit hoc ca
ſu faceret legatum conditionale, quia non ineſt tacite,
quando plures ſunt inſtituti, & ab omnibus fuit legatum.
Dices igitur rationem decidendi eſſe, quia quemadmo-
dum aditio retrotrahitur ad tempus mortis l. hæres quan
docunque ſupra de acquiren. hereditate l. quod dicitur ſu
pra de teſtamen. mili. ita etiam retrotrahuntur conditio
nes de aditione hæreditatis, & icicirco non faciunt lega-
tum conditionale, quoad effectum, vt impediant diem le-
gati cedere, & tranſmiſſionem, quia conditiones, quæ re-
trotrahuntur, non habent uim, & efficaciam conditio-
num, ad impediendum tranſmiſſionem, & diem legati ce-
dere, ut ſtatim infra declarabitur, unde concludo, quod
quamuis iſtæ conditiones de aditione hæreditatis, forent
expreſſe aliter quam tacite inſint, procederet tamen deci
ſio legis noſtræ, & legatum non eſſet conditionale, nec ob
ſtat text. in d. l. ſi titio §. ſi. quia fateor, quod non eſſent ſu
peruacuæ, & aliquid operarentur, ut ibi dicitur, tamen ne
go, quod habeant efficaciam conditionum, ad impedien-
dum diem legati cedere, & eius tranſmiſſionem, nec iſtud
dicitur in text. illo, & per hanc rationem conſtituta fuit
illa diffinitio, ſeu regula Labeonis, de qua in d. l. ſi titio
§. & idem, & in l. ſi dies §. ſi infra quando dies lega. ced ui
delicet, quod non impeditur tranſmiſſio legati, quoties
certum ſit ſecuta aditione debitum iri, ut latius infra de-
3 clarabitur. Tertio dubitatur qui ſit effectus, † quod per
has conditiones, legatum non ſit conditionale, ad iſtud re
ſpondet gl. Cy Bal. & Pau. de caſt. in l. unica §. cum igitur
C. de cadu. toll. & communiter doct. hic quod effectus eſt,
vt non impediant diem legati cedere a die mortis teſta-
toris, & tranſmiſſione legati decedẽte legatario ante adi-
tionem hæreditatis toto titulo infra quando dies legat.
ced. tamẽ quoad alios omnes effectus, iſtæ conditiones ha
bent vim & efficaciam conditionum, nam faciunt deficere
legatum, vbi deficiunt, quia non adeatur hæreditas d. l. ſi
nemo d. l. eam quam ſimiliter impediunt, quod actio &
obligatio non naſcatur antequam exiſtant, & hæreditas
adeatur l. hæredis aditio in princ. infra quando dies lega.
ced. l. & eleganter §. item ſi ſeruum ſupra de dolo l. ſi tibi
homo § cum ſeruus infra eo. ex quo habes inferre, quod
legatum non dicatur eſſe conditionale, ubi conditio adie
cta non impedit diem legatis cedere, & eius tranſmiſſio-
nem, quamuis quo ad alios omnes effectus, habeat uim &
efficaciam conditionis, ita infertur ex text. noſtro, iuncta
prædicta declaratione, concordat text. in d. l. conditiones
quæ extrinſecus, & in d. l. ſi titio §. j. rationem huius infra
declarabimus, quamuis alij non tangunt.

4 Notant primo docto. ex text. noſtro, † quod conditio-
nes, quæ tacite inſunt ex legis diſpoſitione, non faciunt le
gatum conditionale, concordant tex. in d. l. conditiones,
in l. cum illud aut illud §. fin. & l. quod pure infra quando
dies lega. ced. in l. quod in rerum in princ. ubi Iaſ. infra
eod quod tamen intellige, vt ſtatim dixi, videlicet quoad
effectum, vt impediant diem legati cedere, & eius tranſ-
miſſionem, non quoad alios. Ampliatur iſtud notabile
per docto. vt procedat, quamuis teſtator expreſſiſſet iſtas
conditiones, quæ tacite inſunt, de qua ampliatione latiſſi
me infra dicetur ſecundum ordinem Barto. ampliatur ſe-
cundo, per Aret. & communiter Moder. hic, vt procedat
5 in † conditione legis, ſubrogata in locum conditionis ex-
preſſe, a teſtatore, prout in caſu, quando legatum relinqui
tur ſub conditione, ſi legatarius iurauerit ſe aliquid datu
rum facturumve, nam pretor remittit illam conditionem
appoſitam a teſtatore, & loco illius conditionis ſubintel-
ligit illam tacitam conditionem, ſi legatarius dederit,
vel fecerit id, quod dare vel facere iuſſus eſt iurare, &
hæc conditio ſubintellecta a prætore, in locum dictæ
conditionis iuriſiurandi adiectæ per teſtatorem, non fa-
cit legatum conditionale, nec impedit tranſmiſſionem
l. quæ ſub conditione. §. ſi. ſupra de cond. inſt. Verum cir

ca hoc debes aduertere, quia iſti præſupponũt, quod præ
tor ſub intelligat, in uim cõditionis illud onus dandi uel
faciendi id, quod iuſſus eſt legatarius iurare, & idem di-
cunt Bart. & Pau. de caſt. in dict. §. ſi per tex. in d. l. quæ
ſub conditione. §. quoties, ubi dicitur, quod hæres inſti-
tutus non aliter habebit actiones hæreditarias, quam ſi
dederit uel fecerit id, quod dare uel facere iuſſus eſt iura
re, nam iſtud cum bona uenia doct. eſt falſum, & ueritas
6 eſt, quod lex non ſubintelligit † illud onus in uim con-
ditionis, ſed diſpoſitiue in uim modi, ut eſt caſus in d. l.
quæ ſub conditione . §. idem eſt, & in l. hæc ſcriptura in-
fra de conditio. & demonſtra. & in l. non dubium. § pri-
mo infra de lega. 3. & ratio huius eſt, quia ſicut priua con
ditio erat ſolum de iurando, ad dandum uero, ſeu facien
dum legatarius obligabatur ex uinculo iuramenti, remiſ
ſa conditione iuramenti per prætorem. uoluit lex, quod
diſpoſitiue legatarius teneatur ad id, ad quod obligatus
foret præſtito iuramento, ſolummodo propter iuſiuran-
dum, & ad tex. in d. §. quoties eſt ſolutio, retorquendo
illum ad oppoſitum. in eo enim præſupponitur, quod non
impediatur aditio hæreditatis, nec eius delatio, & per cõ
ſequens, quod non impediatur acquiſitio iurium, & actiõ
nũ, & qđ non ſubintelligatur illud onus in uim conditio-
nis, & dum in eo dicetur, quod non aliter habebit actio-
nes hæreditarias, intelligi debet de exercitio actionum,
quia antequam det uel faciat, repelleretur exceptione, &
ubi nunquam daret uel faceret, priuaretur commodo hæ
reditatis. Accedit quia ſi diceremus, quod lex ſubintelli
geret illud onus in uim conditionis, ſequeretur, quod di-
ſpoſitio pretoris, per quam remittitur conditio iuramen
ti, afferret maximum damnum heredi, ſeu legatario cui
eſſet iniuncta dicta conditio, nam non poſſent conſequi re
lictum, antequam dent, uel faciant, ubi etiam non poſſet
dari uel fieri, niſi poſt longum tempus, quamquis prius
ante dictam remiſſionem, præſtito iuramento de dando
uel faciendo, conſequerentur relictum, antequam darent
uel facerent, concludes igitur quod lex ſubintelligat illud
onus, non in uim conditionis, ſed in uim modi, quem-
admodum ſi legatum relictum foret ſub eo modo, ut illud
det uel faciat, ex quibus ſequitur quod, iſta ampliatio
non probatur, per dictam l. quę ſub cõditione. §. ſi. quæ
etiam confunditur per regulam quod ſubrogatum ſapit
naturã eius in cuius locum ſubrogatur. l. ſi eum. §. qui in-
iuriarum ſupra ſi quis cautio.

Iuxta illud notabile ſunt aliquæ dubitationes, prima
7 eſt, † quare conditiones tacite a lege ſubintellectæ non
faciant legatum conditionale, ut impediant diem legati
cedere, & eius tranſmiſſionẽ, cum tñ ſecus ſit in conditio
ne teſtatoris uoluntaria, quãuis tacita. l. aliquãdo inf. de
condit. & dem. l. quod pure. § primo infra quando dies le
ga. ced. Huic dubitationi reſpondet Bal. hic, rationem eſ
ſe, quia impedire trãſmiſſionẽ, eſt impedire iudiciũ defun
cti, & ideo non debet impediri per conditionem legis, li
cet poſſit impediri per conditionem teſtatoris, argumen
to. l. ſi in teſtamento ſupra ſi quis omiſ. cau. teſta. qui tex.
nihil facit, hanc ſequuntur Iaſ. & alij Moder. hic, ſed hæc 9
ratio non eſt bona, & falſum eſt, quod tranſmiſſio ſit ex
iudicio teſtantis, quia heres legatarij, ad quem ſit tranſ-
miſſio, nõ accipit legatum ex iudicio teſtantis. l. ſed & ſi
in fin. infra. de leg. 3. Bart. & alij. in l. cum filio col. 2. in-
fra eod. præterea conditio legis aliquando impedit tranſ
miſſionem. l. cum ita in princ. infra quando dies lega ce-
dit. Bart. in. l. cum illud aut illud, eodem titu & diſpoſi
tio legis papię. quæ diſponebat, quod ante apertas ta-
bulas, non cederet dies legatorum impediebat. tranſmiſ-
ſionem. l. unica §. cum igitur. C. de cadu. toll. Vera ra-
tio eſt, iudicio meo, quia conditio teſtatoris uoluntaria.
8 † non ſolũ ſuſpendit effectum cauſandum ex legato, ue-
rum etiam ipſum legatum, ſeu ipſius legati diſpoſitionẽ,
nam ante conditionem nõ dicetur eſſe legatum, caſus eſt
in l. prima infra de regula catonia. in his uerbis, non eſſe
datum legatum uerius eſt, quam inutiliter datum, & uo-
luit gloſ. in dict. l. prima, in uerbo, cauillantur, & Bart.
ibi col. ſi circa illã quæſtionem, quæ ſit ratio. quare regu
la catoniana, non habet locum in legatis conditionali-
bus

bus, hoc idem per tex. in d. l. j. dixit Aret. conſi. clv. periculoſum eſt, col. 4. circa medium. illud etiam uidelicet, quod ante conditionem non dicatur eſſe legatum, uoluit Cuma. in l. ſi filius infra de uerb. obli. referi & ſequitur Soc. conſ. xli. nu. 28. uolu. 4 illud etiam iudicio meo, ſentit gloſſ. in rub. infra de conditio. & demonſt. dum diffiniendo dixit, quod conditio eſt ſuſpenſo legati, illud etiam manifeſte probatur, quia ante conditionem, non dicetur eſſe donatio, nec delibatio hæreditatis, ſed ſolum poſtquam extitit conditio, icciréo ſolum poſt euentum conditionis incipiet eſſe legatum quia tunc incipit eſſe eius diffinitio. l. j. § dolum ſupra de dolo. hoc etiam præſuppo ponit text. in l. uſusfructus infra de ſtipulatio. ſeruo. nã text. ille aſſignando rationem diuerſitatis, quare ualeat legatum uſusfructus, relictum ſeruo hæreditario, & tamen non ualeat ſtipulatio uſusfructus quamuis conditionalis facta per ipſum ſeruum, dicit illud eſſe, quia dies legati non ſtatim cedit ſed ſtipulatio, licet conditionalis, ex præſenti tempore uires capit. quamuis ex ea, petitio ſuſpenſa ſit, quæ uerba manifeſte denotant, quod in legato non tantum dicatur ſuſpendi petitio, ſed etiam ipſa diſpoſitio legati, & quod non dicatur eſſe legatum antequam cedat dies prædicta etenim probantur quia in legatis, ſolum inſpicimus, an ualeant tempore quo cedit dies legati. l. cum legato ſeruo. l. hæredis aditio §. ſi. infra quando dies lega. ced. icciréo denotatur, quod tunc incipiat eſſe legatum, quando dies cedit. Hæc igitur eſt ratio, quare conditio uoluntaria teſtatoris faciat legatum conditionale, quia ſuſpendit ipſam diſpoſitionem, & impedit diẽ legati cedere, ut non dicatur eſſe legatum ante euentum conditionis, & hæc eſt ratio, quare etiam impedit tranſmiſſionem quia neceſſe eſt, quod prius incipiat eſſe legatum, antequam tranſmittatur. hanc rationem ponit tex. in l. huiuſmodi, infra quando dies lega. ced. ibi enim text. aſſignando rationem, quare non tranſmittatur legatum factum ſub conditione, ſi illud factum erit, ſiue ſi factum non erit, ſi legatarius, decedat, antequam alteruter caſus contingat, dicit quia prius ſemper debet præcedere cauſa, ex qua debeatur, ecce quod manifeſte uult, quod ante euentum conditionis non dicatur eſſe diſpoſitio legati, ex qua res legata debeatur, & iſta ſit ratio, quare non tranſmittatur, hæc ratio ceſſat in conditione ſubintellecta ex legis diſpoſitione, illa enim non ſuſpendit diſpoſitionem legati, quia ante euentum dictæ conditionis dicitur eſſe legatum, ſed ſolummodo ſuſpendit effectus legis cauſandos ex legato, uidelicet, actionẽ & obligationem. dict. l. hæredis aditio in princ. propterea non dicetur facere diſpoſitionem legati conditionalem, quia illam non ſuſpendit, nec impedit diẽ legati cedere, quia ut dixi, incipit eſſe legatum, ante euentum huius conditionis, nec impedit tranſmiſſionem, ubi legatarius decederet ante hanc conditionem ſub intellectam a lege, quia diſpoſitio, ſeu cauſa legati, ex qua debitum contrahitur, extat, quando legatarius decedit, licet nondum exiſtat conditio tacita, & ſi iterum inſtabis, quæ ſit ratio rationis,
9 † uidelicet, quare conditio teſtatoris uoluntaria uagis ſuſpendat ipſam diſpoſitionem legati, quam conditio tacita ſubintellecta a lege, reſpondetur rationem eſſe, quia in legato ſunt effectus donationis, ſeu delibationis hæreditatis qui imediate ſiũt a teſtatore qui effectus proprie dicitur legatum. l. legatum eſt in prin. infra eo l. legatum infra de lega. 2. Sunt etiam alij effectus, qui cauſantur ex lege, uidelicet, actio & obligatio. ſeu petitio. icirco conditio appoſita ex uoluntate teſtantis ſuſpendit diſpoſitionem legati, quia reſpicit actum teſtantis, ſeu effectum, qui proprie dicitur legatum, ſed conditio ſubintellecta a lege non ſuſpendit diſpoſitionem legati, quia non reſpicit actum, ſeu effectum uel diſpoſitionem teſtantis uerum ſolummodo effectum petitionis cauſandum ex lege, icirco facit, quod ſolum petitio dicatur eſſe ſub conditione, & in ſuſpenſo, non ipſa legati diſpoſitio, ut uult text. in d. l. hæredis aditio, & iſta eſt ratio, quare in text. noſtro, & in dict. l. conditiones quæ extrinſecus, dicatur, quod iſtæ conditiones tacite non habeant uim, & efficaciam conditionum, quo ad effectum, ut faciant legatum conditionale, quia non ſuſpendunt ipſam diſpoſitionem legati & legatum, quoad diſpoſitionem, dicitur purum & ſolum effectus petitionis cauſandus ea diſpoſitione legati per legem dicetur eſſe ſub conditione, bene
10 fateor, quod omni caſu quo † per conditionem legis ſuſpenderetur effectus ille donationis, ſeu delibationis, qui proprie dicitur legatum, quod tunc conditio ipſa impedires diem legati cedere, & faceret illud legatum conditionale, etiam quoad diſpoſitionem, exemplum poſſet poni, quando lex manifeſte illud diſponeret, vt olim diſpoſitum fuerat per legem papiam d. l. vnica §. cum igitur, vel quando non poſſet fingi quæſitum ante euentum dictæ conditionis, vt in legato vſusfructus l. vnica. ſupra quãdo dies vſusfruc. lega. ced. l. ij. infra quando dies leg. cedit. & in legato relicto ſeruo hæreditario. d. l. cum legato ſeruo. d. l. hæredis aditio §. ſi & prout eſt in caſu d. l. cum ita, nam cum illud legatum alternatiuum non poſſit acquiri ante electionem, & electio in caſu d. l. fieri non poſſit antequam pamphila pariat, icciréo, cum electio non poſſit retrotrahi niſi ad tempus, quo pamphila pariat ante non cedit dies legati, nec fieret tranſmiſſio quia antea non poſſet fingi quæſitum, & notabis prædicta, quia vera ſunt, & reſoluunt plures difficultates, vt ex infra dicendis apparebit. Secunda eſt dubitatio, quomodo cognoſcamus, an ſit conditio tacita ex teſtantis diſpoſitione, an vero ex legis diſpoſitione, reſpondeo, quod iſtum articulum examinant doct. maxime Rui. in l. ſtichum qui meus erit infra eo. ibi dicam.

11 Tertia eſt dubitatio, an hæc conditio tacita † ſubintellecta a lege faciat contractum, ſeu ſtipulationem conditionalem, ſed hæc dubitatio non habet difficultatem quoniam clarum eſt, quod ſic l. interdum, & ibi glo. l. inter ſtipulantem § ſacram, & ibi Bar. col. iiij infra de ver. obli. l. in rebus l. ſtipulationum l. promittendo in princ. ſupra de iure dotium. Difficultas eſt in aſſignando rationem diuerſitatis, quare aliud ſit in legatis, quam in cõtractibus, cum, prima facie, videretur potius dicendum totum oppoſitum, ex quo alibi habemus, quod conditio omnino extra facit legatum conditionale l. huiuſmodi, infra quando dies lega. ced. non autem contractum l. ſi pupillus §. qui ſub conditione infra de nouatio. & ſimiliter conditio mortis facit legatum conditionale l. quibus diebus § quidam titio l. hæres meus infra de condit. & demon. non autem contractum l. nam ſi cum moriar cum l. ſequenti. ſupra de conditio. indebi. ſed ratio prædictorum conſtabit ex ijs, quæ infra dicentur in ſequen. nota & ſi inſtabis, quia immo de mente Arc. Alexan. Iaſ. & aliorum Moder. hic ſit, quod conditiones tacite a lege ſubintellectæ non faciant contractum, ſeu actum inter viuos conditionalem,
12 nam dicunt, † quod expreſſio harum conditionum, in actibus inter viuos, non facit actum conditionalem, & exemplificat in illa conditione, ſi ſatiſdederit, quæ ineſt in datione tutelæ l. muto. §. ſi ſub conditione ſupra de tutell. & in illa conditione tacita. ſi titius ſuperuixerit, quæ ſubintelligitur in promiſſione, & titius ibit pro te Romam, vt hic dicit Ripa poſt Dec. conſi. ij. quem refert, & in illis conditionibus ſi beneficium vacat, ſi alia beneficia reſignauerit, ſi debitum fidelitatis iuramentum præſtiterit, quæ tacite inſunt in collatione beneficij, ſeu in electione prælati, vt per Abb. poſt glo. ibi in cap. ſignificaſti el primo de electione, & late per Ripam hic, Reſpondetur quod prædicti doct. loquuntur in illis conditionibus quæ ſubintelliguntur, non ad impediendum omnes effectus, ſed ſolum aliquos, vt eſt illa conditio, ſi ſatiſdederit, quæ non impedit conſtitutionem tutoris, cum ſit tutor ante ſatiſdationem l. 1. & ij. et per totum titulum C de tutore et curatore qui non ſatiſde. verum ſolummodo impedit adminiſtrationem, et in illis conditionibus, quæ non ſubintelliguntur ad impediendum natiuitatem actionis et obligationis, verum ſolũmodum ad impediendum, ne extinguatur, ſeu finiatur obligatio iam cauſata, vt eſt in illa conditione, ſi titius ſuperuixerit, quæ ſubintelligitur in promiſſione, quod titius ibit pro te Romam non ad impediendum, quin ſtatim naſcatur obligatio, ſed ad impediendum, ne ex poſt per mortem titij, finiatur & extinguatur

obligatio,

obligatio, idem etiam eſt in illis conditionibus, quę tacite ſubintelliguntur in electione prælati, & beneficij collatione ut, infra dicam circa contrarium l. actus legitimi infra de regul. iur. non autem loquuntur prædicti doct. de illis conditionibus, quæ tacite ſubintelliguntur in contractu inter uiuos, ad impediendum natiuitatem actionis & obligationis, de quibus eſt dubitatio, & quæſtio noſtra, quoniam, ut ſupra dictum fuit, non eſt dubium, quin huiuſmodi conditiones faciant contractū & ſtipulationem conditionalem.

13 Noto ſecundo ex text. quod alio reſpectu † legatum dicitur conditionale, & diem legati cedere, quam dicatur contractus conditionalis, & diem in contractu cedere, nam contractus dicitur conditionalis eo reſpectu, quia actio & obligatio ſuſpenditur in aliquem futurum euētū, qui pōt ſe habere ad eſſe, & nō eſſe et dicitur dies cedere in contractu, eo reſpectu quia oritur obl. & actio. l. cedere diem infra de u. r. ſignifi. nam, ut ſupra dictū fuit conditio tacita facit contractum conditionalem, eo ſolū reſpectu, quia ſuſpendit actionem & obligationem, & impedit diem cedere in contractu, eo reſpectu, quia impedit natiuitatem actionis & obligationis in legatis uero aliud eſt, quia non dicitur conditionale, eo reſpectu quia actio & obligatio ſuſpendatur in aliquem futurum euentum, ex quo non obſtante, quod per tacitam conditionem actio & obligatio ſuſpendatur, non ideo tamen dicitur conditionale, ut in tex. noſtro cum concordantibus & non obſtante, quod nondum ſit nata actio & obligatio, dicetur tamen cedere dies legati, ut per totū titu. inf. quando dies l. g. ced. adeo quod non dicetur diem cedere in legatis, eo reſpectu, quia ſit nata actio & obligatio. Inquirenda eſt igitur ratio prædictorum. doct. cōmuniter in l. unica. §. cū igitur poſt gloſ. ibi. C. de cadu. toll. & in d. l. cedere diem, dicunt, quod duplici reſpectu legatū dicitur conditionale, & diem legati cedere, primo quoad tranſmiſſionē & hoc reſpectu poteſt dici purū, & quod dies legati cedat, antequam naſcatur actio & non obligatio, & non obſtante qđ actio & obligatio ſit ſuſpenſa in aliquē futurū euentū, alio etiā reſpectu dicitur legatū cōditionale, & diē legati cedere, vʒ quoad actio. et obl. & hoc mō dicetur cōditionale quoties actio & obligatio ſit ſuſpenſa in aliquē futurū euentū, quāuis per conditionē tacitā, l. in fi. infr. de cond. & demon. nec dies dicetur cedere, quoad actionē & obligationem ante natiuitatē actionis & obligationis. d. l. cedere diem, in contractibus uero, non dicimus quod diſpoſitio ſit conditionalis, quoad tranſmiſſionem, quia ſemper tranſmittitur, ēt pendente conditione. §. ex cōditionale in ſti. de uer. oblig. uerum ſolūmodo dicimus contractū conditionalē, quoad actionē & obligationē, & iō, quoad actionem & obligationē, cōtractus & legatū non differunt, quia eo mō in utroq;, quoad actionem & obligationē dicetur eſſe diſpoſitio conditionalis, & diem cedere, differentia ſolum erit, quoad tranſmiſſionem, quia legatū dicitur conditionale. & diem legati cedere quoad tranſmiſſionē, non autem contractus, ex quibus infero, quod conditio tacita tantundem operatur in legatis, quantum in contractibus, nam licet in legatis non operetur, quod legatum ſit conditionale, & quod dies legati non cedat, quoad trāſmiſſionem, tamen quoad actionem & obligationē operatur eoſdē effectus in legatis, quos operatur in contractibus quia facit, quod quoad actionem & obligationem, legatum ſit conditionale, & dies non cedat, prout in cōtractibus, & in prædictis bene dicunt doct tamen quia non propterea declarant, quare, quo ad tranſmiſſionem, legatū dicatur conditionale, non autem contractus, icciroo debes aduertere, quod ratio prædictorum eſt, quia in legatis conditio non ſolū ſuſpendit effectum legati, ſed etiam ipſam diſpoſitionem, ut ante conditionem non dicatur eſſe legatum, ut

14 dictum fuit ſupra in præcedenti notabili, in † contractibus uero conditio nō ſuſpendit ipſam diſpoſitionē, ſed ſolum actionem et obligationē caſus eſt in l. uſufructus infra de ſtipul ſeruo in his uerbis, quia ex præſentis tēpore uires capit ſtipulatio, et ſi ex petitio ſuſpenſa ſit, quę uerba manifeſte ſignificat, qđ ante conditionē dicatur eſſe ſtipulatio, & quod per conditionem nō dicatur ſuſpendi diſpoſitio ſtipulationis, ſed ſolum petitio probatur etiam, quia neceſſe eſt, quod naſcatur aliqua obligatio ex contractu ante conditionem, ſaltem illa, ne partes poſsint recedere a contractu l. ſicut C. de actio. & oblig. l. iij. §. ſicut ſupra commodati icciro ſequitur, quod ante conditionem dicatur eſſe contractus, quia alias non poſſet ex contractu conditionali cauſari dicta obligatio. Tertio probatur, quia ſtipulationi conditionali competit diffinitio ſtipulationis l. v. §. ſtipulatio, infra verb. oblig. igitur eſt ſtipulatio ante conditionem quia ſi adeſt diffinitio ſtipulationis ante conditionem, neceſſario dicetur adeſſe diffinitum l. j. § dolum ſupra de dolo. Et ſi inſtabis, quod immo ſuſpenditur diſpoſitio ſtipulationis, ſeu contractus per conditionem, ex quo alibi dicitur, quod ſtipulatio recipit dilationem l. interdum in princ. infra de verb. oblig. & quod per euentum conditionis dicatur committi ſtipulatio. l. ſi quis ſtipuletur eo. titu. & ſtipulatio dicitur ſuſpendi l. cum ad præſens ſupra ſi cer. peta. Reſpondeo, qđ in dictis legibus capitur ſtipulatio, pro ipſa obligatione verborum, & pro effectu iuris cauſando ex ſtipulatione, prout exponunt glo. & communiter docto. in l. j. in prin. infra de ver. oblig. vt ibi. etiam latius dixi, & ſi interum

15 inſtabis, quæ ſit ratio differentię † quare in legatis conditio ſuſpendat ipſam diſpoſitionem, vt antea non dicatur eſſe legatum, ſecus autem ſit in contractibus, quia tantummodo ſuſpendit effectus iuris cauſandos ex contractu, nō ipſam contractus diſpoſitionem, Reſpondetur, quod in legatis conditio ſuſpendit effectum donationis, ſeu delibationis hæreditatis, quæ non differt a legato, ſed idem eſt, quod ipſum legatum, vt ſupra dictum fuit, icciro dicitur ſuſpendi ipſum legatum, in contractibus vero conditio non dicitur ſuſpendere conuentionem, ſeu promiſſionem, quia illa ſit de præſenti, & licet ſuſpendat effectus iuris cauſandos ex ipſa conuentione, non tamen dicetur ſuſpendi conuentio, quia effectus differunt ab ea, tanquam cauſa, & cauſatum, & non ſunt idem cum ipſa conuentione.

16 Ex prædictis ſequitur, quod legatum † poteſt dici conditionale duplici reſpectu, primo, quoad ipſam diſpoſitionē legati, quæ poteſt ſuſpendi per conditionem, vbi eſt voluntaria, & ex diſpoſitione teſtantis poteſt etiam dici conditionale, non quoad diſpoſitionem, ſed ſolum quoad actionem & obligationem, vbi actio & obligatio ſuſpenditur per conditionem tacitam a lege ſubintellectam. contractus vero non dicuntur conditionales, quoad ipſam diſpoſitionem, quia conuentio ipſa non ſuſpenditur per conditionem, ſed ſolum quoad effectum iuris cauſandum ex ipſa conuentione, ſiue ſit conditio voluntaria, ſiue tacita ſubintellecta a lege, ſic dicimus cedere diem in legatis duplici reſpectu, primo quoad ipſam diſpoſitionem legati, dum incipit eſſe legatum in rerum natura, & de præſenti, & hoc modo dicitur cedere infra quando dies lega. ced. totum, dicitur etiam cedere diem, quoad actionem & obligationem, quando incipit eſſe obligatio & actio, ſed tunc non proprie dicitur dies legati, ſed dies actionis & obligationis d. l. cedere diem. in contractibus vero non dicimus cedere diem contractus, ex quo contractus ſemper incipit eſſe de præſenti, dum contrahitur, ſolum dicimus cedere diem actionis & obligationis, quando incipit eſſe actio et obligatio, ex prædictis reſoluo plures difficultates, quæ nullibi per doct. reſoluuntur, et primo, quamuis ſit magna difficultas apud doct. in inueſtigatione rationis diffe-

17 rētiæ, quare in cōtractibus conditio † retrotrahitur l. ſi filius infra de ver. oblig. ſecus autem ſit in legatis l. quæ legata. infra de reg. iur. ex quo doc. in d. l. ſi filius, et in l. ſi is qui pro emptore infra de vſucap. aſsignant varias et diuerſas rationes, quæ omnes reprobantur, vt late per Iaſo. poſt alios, quos refert in d. l. ſi is qui pro emptore col. lxx. cum quatuor ſequentibus. vera tamen ratio differentiæ colligitur ex prædictis, quod ideo in contractibus actio et obligatio, quæ naſcitur poſt euentum conditionis ex ipſo contractu, retrahitur, vt fingatur acquiſita tempore contractus, ex quo antequam exiſtat conditio, incipit eſſe contractus et actio et obligatio debet retrotrahi ad tempus contractus, quemadmodum effectus debet retrotrahi ad tempus ſuæ cauſæ, a qua producitur, aliud eſt

in legatis, vbi ſit conditio voluntaria, quia cum legatum non incipiat eſſe antequam exiſtat conditio, propterea actio & obligatio, quæ producitur ex legato, non poteſt retrotrahi, niſi ad tempus, quo exiſtit dicta conditio, quia tunc temporis incipit eſſe legatum, non autem ad tempus mortis, antequam incipiat legatum, quia hoc eſſet impoſſibile, cum non poſſit actio & obligatio fingi quæſita, antequam exiſtat cauſa legati, a qua producitur, & cauſatur. & prædicta ratio comprobatur, quia vbi legatum incipit eſſe tempore mortis, quamuis actio & obligatio ſuſpendatur per conditionem tacitam tamen dicto caſu, in legatis actio & obligatio retrotrahitur ad tempus mortis, quia eo temporis incipit eſſe legatum, & dies eius ceſſit l. ſi poſt diem in fi. infra quando dies leg. ced. d. l. quæ legata, & iſta ratio eſt vera, & indubitata, reſoluitur etiam alia difficultas, videlicet quæ ſit ratio, quare pen-
18 dente conditione, legatum † non tranſmittatur, toto tit. infra quando dies lega. ced. & tamen tranſmittatur actio & obligatio ex contractu conditionali §. ex conditionali inſt. de verb. oblig. nam ratio colligitur ex prædictis, quia cum contractus ſit in rerum natura ante conditionem, & ob id actio & obligatio retrotrahitur ad tempus contractus, vt tunc fingatur quæſita, ſequitur, quod tranſmittatur, quia fingitur quæſita tranſmittente, ante eius mortem, ſecus eſt in legatis, quia cum non incipiat eſſe legatum ante cõditionem, & actio & obligatio propter id non poſſit fingi quæſita ante conditionem, icirco non poteſt tranſmitti per legatarium, cum non poſſit fingi quæſita legatario, vbi decedit pendente conditione, hanc rationem ponit text. in l. huiuſmodi infra quando dies lega. ced. dum expreſſe dicit, quod ad effectum, vt poſſit tranſmitti res legata, requiritur, quod præcedat cauſa, ex qua debeatur, & ſic incipiat legatum eſſe, antequam decedat legatarius, & ratio rationis eſt, quia requiritur, quod fingatur quæſitum tranſmittenti ad effectum vt tranſmitti poſſit vt eſt caſus in l. ſi infanti, in verſi. quaſi in fanti quæſita & ibi Bal. not. colum. ij. verſic. iiij. oppono C. de iure delib. quod etiam probatur, quia lex parificat tranſmiſſionem, quæ fit in heredes legatarij, & acquiſitionem, quę fit illis. ſub quorum poteſtate eſt legatarius d. l. quę legata, igitur in tranſmiſſione attenditur dicta fictio, quod fingatur quęſita actio a principio, prout attenditur in acquiſitione, quę fit illis, qui habent legatarium in poteſtate tempore quo cedit dies legati d. l. ſi poſt diem § fi. & ideo videmus, quod vbi non poteſt fingi quęſitum legatario tempore mortis, quod non cedit dies legati, nec tranſmittitur, quamuis ſit ſolum conditio tacita, vt eſt in caſu l. cum ita in principio infra quando dies leg. ced. & de hoc latiſſime dixi in l. heredes mei §. cum ita infra ad trebellia. Tertio reſoluitur alia difficultas, quare in con-
19 tractibus, † etiam pendente conditione, dicatur debitum, ſaltem large & improprie, in legatis vero nullo modo dicatur debitum pendente conditione, ut eſt caſus in l. is cui infra de actio. & oblig. nam ratio colligitur ex prędictis, quod ideo fit, quia ante conditionem non dicitur eſſe legatum, ſed ante conditionem dicitur eſſe ſtipulatio ſeu contractus, quę omnia notabis, quia vera ſunt, & ab alijs non declarata, & reſoluunt plures alias difficultates, quas in pręſentiarum non refero.

Noto vltimo regulam, ad quam communiter allegatur lex noſtra, videlicet quod expreſſio eorum, quę tacite inſunt, nihil operatur, de qua, qualiter procedat, dicam infra ſecundum ordinem Barto. & ibi etiam declarabo. an nes deciſiones, quas doct. hic in notabilibus allegant pro concordantibus, procedant, et adaptari poſſint ad hanc regulam.

Circa gloſ. in verbo, ſeius, et in uerbo, conditionale, pro reſolutione eorum, quę dicuntur in gloſ. et per Barto. et docto. circa illas, principaliter de duobus videndum eſt, primo, quando iſtę conditiones de aditione hęreditatis cenſeri debeant expreſſe, aliter quam inſunt, et eo animo vt faciant conditionem. Secundo, quem effectum operentur, vbi cenſentur expreſſe aliter quam inſunt.

20 Circa primum, ſunt plures quæſtiones, & prima †. eſt de hanc conditione, ſi ſeius hæres erit, quando dicatur expreſſa eo modo, quo tacite ineſt, & in hac, ex mente glo. Barto. & aliorum habes diſtinguere tres, caſus, primus eſt, ubi ipſe ſeius ſolus eſſet hæres inſtitutus, & hoc caſu abſque dubio diceretur expreſſa eo modo, quo tacite ineſt, non enim poſſet legatum ualere, ipſo ſeio nõ adeunte, & in his terminis intelligunt legem noſtram. Alius caſus eſt quando alij eſſent inſtituti ſimul cum, ipſo Seio, tamen ab ipſo tantum foret legatum ſub dicta conditione, ſi Seius hæres erit, nã tunc etiam diceretur expreſſa eo modo, quo tacite ineſt, & in his terminis Bart. intelligit tex. in l. in cõditionibus. §. primo infra de cond. & demonſ. glo. tamen in d. §. j. intelligit, quod ibi unus tantum ſit inſtitutus, & quod primus in caſu dicti. §. ponatur pro nomine proprio prout accipitur pro noie proprio in l. quoties. §. ſed cum primum ſupra de hæredi. inſtit. tamen ut etiam hic dicit Iaſ. uerior eſt intellectus Bart. uidelicet, quod ibi ſint plures inſtituti, & probatur in uer. ſequenti, ſed ſi ſic, in quo dicitur, ſi primus & ſecundus hæres erit, & ſi iterum inſtabis, quod intellectus Bar. ad illum text. ſit diuinatiuus quatenus intelligit, quod ſolum ab illo primo ſit relictum legatum, cum hoc non dicatur in tex. Reſpõdeo, quod iſtud colligitur ex illo mẽte
21 tex. attento, quod in dubio † præſumitur legatum relictum ab illo herede, in cuius perſona ſit ad ſcripta conditio, quemadmodum ſubſtitutio cenſetur facta illis tantum heredibus, qui ſunt nominati in conditione. Bart. & alij in l. j in. 5. q. ſupra de uul. & ideo uidemus, quod tex. in l. ſi Titio. §. fi. inf. quando dies leg. ced. dum ponit caſũ. quando legatum relictum fuit, ſub illa cõditione, ſi ſeius hæres non eſſet, dicit quod expreſſum ab omnibus fuit legatum, nam per iſtud denotatur, quod præſupponat, ut intelligeretur relictum tantum ab illo nominato in conditione, niſi expreſſe fuiſſet relictum ab omnibus ſed contra iſtam concluſionem obſtat, quia iſta conditio, ſi ſeius heres erit, non uidetur ineſſe de neceſſitate attento quod non adeunte Seio, legatum poteſt confirmari per aditionem aliorum coheredem, quibus portio Sej accreſceret cum onere. Ad illud reſpondet Bart. quod immo ineſt de neceſſitate, ad effectum, ut poſſit legatum deberi eo modo, quo teſtator diſpoſuit, uidelicet ab ipſo Seio, & licet poſſit deberi a cohæredibus tamen hoc non eſt prout uoluit, ſeu diſpoſuit teſtator, uerum ex legis diſpoſitione, quę facit portionem unius accreſcere alijs coheredibus cum onere, ſed circa hanc ſolutionem Bart. obſtat
22 difficultas. † quia ipſe uult, quod in caſu. dict. l. in conditionibus. §. primo, portio illius primi accreſcat coheredibus cum onere illius legati relicti ab illo primo & tamen hoc uidetur falſum, quia regula eſt, quod ubi legatum relinquitur nominatim ab uno hærede, non debeatur a cohæredibus, quibus accreſceret portio ipſius, eo non exiſtente herede. l. celſus uer. quod ſi alicuius infra de leg. ij. Barto. in l. ſi titio & meuio § iulianus infra de lega. ij. & in l. quæ conditio. infra de condi. & demon. Iaſ. & Rui. pro ſolutione diſtinguunt, quod aut fuit relictum ab vno hærede nominatim, ſub nomine appellatiuo, & procedat deciſio Bar. hic & tex. in d. l. in conditionibus §. primo, videlicet, vt poſſit deberi a cohæredibus, aut fuit relictum ab vno ſub nomine proprio, & procedat deciſio tex. in dicta l. celſus, videlicet quod non debeatur a coh æredibus. adducunt ad comprobationem huius diſtinctionis no. per Barto. in ſimili in l. lucius. § meuia per illum tex. infra ad trebell. & in l. turpia §. fin. infra eod. vbi Bar. conſtituit differentiam, an hæredes ſint grauati nominatim, per nomina propria, an ſub nomine appellatiuo, quoad effectum, vt videantur grauati, vel pro virilibus portionibus, vel pro hæreditarijs, ſed iſta ſolutio, & diſtinctio non eſt bona, attento quod ſemper videtur legatum relictum nominatim non obſtante, quod relinquatur ab vno, ſub nomine appellatiuo l. nominatim infra de lega. iij. Nec obſtant. not. per Bart. in d. §. meuia, quia dico, quod quoad alios, qui non continentur ſub nomine appellatiuo, ſemper grauamen dicetur iniunctum nominatim d. l. nominatim, & l. iij. §.

nominatim

trahi ad tempus ſuæ cauſæ, a quo producitur, aliud eſt lib. poſthu. ſed quoad eos, qui continentur ſub dicto nomine appellatiuo non dicitur inſtitutum nominatim, & ideo non potuerunt cenſeri grauati pro uirilibus, & ita procedunt no. per Bar. in d. §. ineuia, & in d. turpia. §. fin.

Tu uero pro ſolutione, ſic diſtingues, quod ubi nominatim, & expreſſe ab uno relinquitur, & tunc indiſtincte procedat deciſio, d. l. celſus, uidelicet, ut non debeatur a cohæredibus ſiue ſub nomine proprio, ſiue appellatiuo relictum ſit, ubi uero non fuit expreſſim, & nominatim relictum ab uno, uerum ſolum præſumitur relictum ab uno, quia in eius perſona fuit adſcripta conditio, & tunc procedat deciſ. d. §. primi, & Bar. hic uidelicet, quod portio iſtius accreſcat cum onere huius legati alijs cohæredibus & ratio differentiæ ſatis patet, quia tunc debet attendi hæc coniectura, quod tantum ab illo, qui fuit nominatus in conditione, uideatur legatum, quando eſt hæres quia per hanc præſumptionem ſeu coniecturam, legatum non uitiaretur, ubi uero ipſe non eſt hæres, ſed alij tantum, non debet attendi hæc coniectura, ſeu præſumptio quod ab illo tantum cenſeatur relictum quia per hanc coniecturam legatum extingueretur, argu. l. quoties infra de uerb. obl. & de reg. iur. Accedit, quia ſi ſolum ab illo nominato uideretur relictum, quando ipſe non eſſet hæres illa uerba, ſi primus hæres erit, facerent conditionem, quia in defectum dictæ conditionis legatum deficeret. dict. l. celſus in fin. & tamen hoc eſt contra text. in d. l. in conditionibus §. primo, in quo dicitur, quod non faciunt conditionem, & ideo, quod non deficiat legatum, quamuis ille primus non ſit hæres, nam ſi deficeret legatum, illo non exiſtente hærede, illa ſcriptura faceret conditionem.

Redeundo ad dicta Bar. habes colligere ex dictis ipſius,
23 quod duobus modis hæc conditio, † ſi Seius hæres erit, dicetur expreſſa prout tacite ineſt in legatis, primo modo, quando nullo alio caſu poteſt ualere legatum, quam in caſu quo dicta conditio exiſtat, ſecundo modo, quando poteſt ualere alio caſu tamen non ex diſpoſitione teſtantis, ſed ex legis diſpoſitione, nam dicetur ſaltem ineſſe ad effectum ut debeatur legatum eo modo, quo teſtator diſpoſuit, & Bar. exemplificat illud ſecundum duobus modis, primo quando poſſet deberi a cohæredibus, ex legis diſpoſitione, quæ facit accreſcere portionē illius Sei, cum onere dicti legati de quo ſtatim dictum fuit, ſecundo exemplificat, quando poſſent deberi legata ab inteſtato, per titulum ſi quis omiſ. cau. teſt. quia ipſe Seius omiſſa cau. teſta. in fraudem adiret hæreditatem ab inteſtato, nā non obſtante, quod legatū poſſet ualere, quamuis non exiſtat conditio illa, ſi Seius hæres erit, ex teſtamento, tamen quia non poſſet ualere ex diſpoſitione teſtantis, quia in eum caſum, nihil teſtator diſpoſuit ſed ſolum ex legis diſpoſitione dicetur dicta cōditio expreſſa eo modo quo tacite ineſt, ad effectū ut legatum debeatur ex teſtamēto, prout teſtator diſpoſuit, exemplificant doct. etiam alijs modis, uidelicet, quando Seio non exiſtente hærede, legata poſſent deberi a filio exhæredato, ſeu præterito, per authen. ex cauſa. C. de lib. præteritis nam quamuis poſſit ualere legatum, Seio non exiſtente hærede, tamen dicetur expreſſa eo modo quo tacite ineſt, ad effectum ut debeatur eo modo, quo teſtator diſpoſuit, uidelicet, a Seio, nam a filio non debetur ex diſpoſitione teſtantis, ſed ex legis diſpoſitione, ita dicunt Alex. Soc. Iaſ. &, communiter Moder. hic reprobata opinione Bald. in d. authen. ex cauſa col. 12. in. 4. oppoſitio. exemplificant etiam in caſu, quando poſſet legatum deberi a ſubſtituto, Sei, illo non exiſtente herede, quia, eo non obſtante, illa conditio, ſi Seius hæres erit, dicetur expreſſa eo modo, quo tacite ineſt, ad effectum, ut debeatur legatum a Seio, prout teſtator diſpoſuit nam a ſubſtituto legatum nō debetur ex diſpoſitione teſtantis quia de hoc teſtator non diſpoſuit, ſed per diſpoſitionem l. licet imperator infra eodem tit. & ita dicunt Rui. & dominus Ripa hic, & pro hac opinione uidetur caſus, quem allegat Rui. in l. ab exheredari. §. ſi. infra eodem eſt uerum, quod d. Iaſ. in ſubſtituto tenuit contrarium, quia dicit, quod legata debentur a ſubſtituto per diſpoſitionem teſtantis, ex quo cenſetur repetita ſed male dicit quia licet uideantur repetita a ſubſtituto non tamen debentur a ſubſtituto ex diſpoſitione teſtantis expreſſa, ſed ex præſumpta & tacita, per expreſſam diſpoſitionem, dict. l. licet imperator & ideo non dicetur deberi a ſubſtituto, prout teſtator uoluit, ſeu expreſſe diſpoſuit. Sed circa prædicta ſtat difficultas, qua ratione,
24 † cum in omnibus prædictis caſibus, legatum poſſit deberi a cohæredibus, ſaltem ex tacita, & præſumpta uoluntate defuncti quamuis dicta conditio, ſi Seius hæres erit, non exiſtat, debeat hæc conditio dici expreſſa eo modo, quo ineſt, & nun alio, & hoc doct. non declarant ſolum Soci. hic, in caſu quando poſſunt legata deberi ab inteſtato per titulum ſi quis omiſſ. cauſa teſta & per authen. ex cauſa adducit illam rationem, quia dictis caſibus, fingitur adita hereditas ex teſtamento. l. ſi duo ſup. ſi quis omiſſ. cauſa teſt. & ideo fingitur uerificata dicta conditio, unde dicetur expreſſa eo modo quo tacite ineſt quia requiritur, quod uere uel ficte dicta conditio exiſtat, ſed iſta ratio non eſt bona, nam falſum eſt quod lex fingat hæreditatem fuiſſe aditam per illum Seium nominatum in conditione, in caſu dict. authen. ex cauſa. ſed quod fingatur adita ex teſtamento, ſeu quod competat actio directa ex teſtamento, in caſu tituli ſi quis omiſſ. cauſa teſt. prout dixi in l. prima ſupra eo præterea dicta ratio non pertinet ad alios caſus, uidelicet quando debentur legata a cohæredibus, uel a ſubſtitutis. unde pro ratione prædictorum aduertendum eſt, quod quemadmodum illa conditio, ſi legatarius dederit decem hæredi adimpletur in perſona eius, qui non eſt inſtitutus, quando ipſe tenetur ad legata, ſiue ſit hæres ab inteſtato, ſiue per contra tabulas l. ſi qui in poteſtate. §. ſi. ſupra de lega. præſtan. eodem modo dicta conditio, ſi Seius hæres erit. debet cenſeri relata ad omnes, a quibus legatum poteſt deberi, & in perſona eorum debet poſſe adimpleri dicta conditio, ſiue ſit cohæres Sei, ſiue hæres ab inteſtato ſiue ſit filius, in caſu dict. authen. ex cauſa, ſiue ſit ſubſtitutus, & ratio eſt, quia perſona Sei cenſetur expreſſa in ea conditione, ex eo quia teſtator exiſtimabat, quod tantum ab illo legatum debendum eſſet, non quia uelit, quod per additionem aliorum, poſſit conditio adimpleri & ab alijs deberi & hac ratione cenſetur expreſſa eo modo, quo tacite ineſt non obſtante, quod in conditione ſit expreſſa perſona Sei.

Prædicta limitantur per Bart. & doct. hic, ut non pro-
25 cedant † caſu quo legatum poſſet deberi ex teſtantis diſpoſitione expreſſa, etiam in caſu, quo Seius non eſſet hæres, quia tunc dicta conditio, ſi Seius hæres erit, dicetur expreſſa aliter quam inſit, & eo animo, ut faciat conditionem. Iſtud exemplificat Bart. in caſu, quando eſſet adiecta clauſula codicillaris, nam cum poſſit deberi illud legatum a uenientibus ab inteſtato, quamuis Seius non ſit heres ex diſpoſitione teſtantis ideirco dicta conditio dicetur expreſſa eo animo, ut faciat conditionem. Effectus huius eſt, quod Seio non exiſtente hærede. legatum non debeatur, & per dictam conditionem denotabitur, quod dictum legatum non uideatur repetitum ab alijs uenientibus ab inteſtato, ut infra declarabo. Ratio prædictæ limitationis eſt, quia non poteſt cenſeri appoſita dicta conditio tanquam neceſſaria ad effectum, ut ualeat legatum eo modo, quo teſtator diſpoſuit, cum etiam potuiſſet alio modo ex diſpoſitione eiuſdem ualere, tertio ne cenſeatur omnino ſuperflua contra .l. ſi. quando in principio infra eo dicetur expreſſa eo animo, ut faciat conditionem. Sed dubitatur, an in caſu quo teſtator
26 expreſſe diſpoſuiſſet, quod portiones accreſcerent † cohæredibus cum onere legatorum, & quod ſubſtitutus teneretur ad legata, utrum, dicto caſu, illa conditio, ſi hæres erit cenſeri debeat expreſſa prout tacite ineſt; an eo animo, ut faciat conditionem. Hanc dubitationem non tangunt doct. prima tamen facie, ex dictis Barto. & aliorum. hic uidetur dicendum, quod cenſeatur expreſſa eo animo ut faciat conditionem, dum dicunt, quod ideo cenſeatur expreſſa, prout tacite ineſt non Hieronym. Torutell. ... G ... obſtante an

obſtante, quod poſſit legatum deberi a ſubſtituto, ſeu a cohærede, quia ab illis non debetur ex diſpoſitione teſtantis oon uidetur uelle, quod ubi ab illis deberetur ex diſpoſitione teſtantis prout in caſu noſtro, quod cenſeretur expreſſa eo animo, ut faceret conditionem. Ego tamen in caſu iſto teneo contrarium, quia ſi iſta diſpoſitio teſtantis quod legata debeantur a cohæredibus, uel a ſubſtituto, faceret, quod illa uerba ſi ſe ius hęres erit, haberentur pro conditione, operaretur contrariũ effectũ, quia ſi nõ fuiſſet iſta diſpoſitio expreſſim facta per teſtatorem, legata fuiſſent debita a cohęrede, & a ſubſtituto ex legis diſpoſitione. Si modo facit iſta diſpoſitio, quod dicta uerba habeantur pro conditione, ſequitur quod etiam faciat quod Seio non exiſtente hęrede, legatum deficiat, ut non poſſit deberi nec a cohærede, nec a ſubſtituto l. celſus in ſi. infra tit. j. & hic effectus eſt contrarius dicte diſpoſitioni facte per teſtatorem unde non debet ſumi dicta interpretatio .l. legata inutiliter inſ. de adimen. legata. uerum potius ſumi debet alia interpretatio, uidelicet quod per dictam diſpoſitionem, declaretur, quod illa uerba, ſi ſeius heres erit. non ſunt expreſſa eo animo, ut faciam conditionem, quia apparet quod Seio non exiſtente hęrede, uoluit legata deberi, a cohęrede ſeu ſubſtituto, nec ob quod expreſſio horum uerborum foret ſuperflua, quia admitto, quod ſit ſuperflua, tamen dico, quod potius debet hoc tollerari, quam quod ſumatur interpretatio per quam diſpoſitio teſtantis operetur contrarium effectum. Non obſtat id quod ſupra dictum fuit, de clauſula codicillari, quia quamuis dicamus, quod propter dictam clauſulam, ſumatur coniectura, quòd illa uerba ſint expreſſa eo animo, ut faciant conditionem, ita ut non cenſeatur illud legatum, cui non ſit adiecta dicta conditio, repetitum uenientibus ab inteſtato, non propterea dicta clauſula operatur contrarium effectum, quia ſi dicta clauſula non adeſſet, legatum non fuiſſet debitum a uenientibus ab inteſtato, & defeciſſet non adita hæreditate ex teſtamento.

27 Tertius caſus eſt quando plures ſunt inſtituti, † & expreſſim ab omnibus fuit relictum ſub dicta conditione, ſi ſeius hæres erit. & hoc caſu non eſt dubium, quin cenſeatur expreſſa eo animo ut faciat conditionem, non eo modo, quo tacite ineſt, ita Bart. & doct. hic, & in his terminis intelligunt tex. in d.l. ſi Titio. §. fi. inſ. quando dies lega. ced. dicunt tamen iſtud procedere quoad portiones aliorum, ſed oon quoad portionem Sei, quia quoad illã dicetur expreſſa eo modo, quo ineſt ut dicitur in d.l. ſi Titio. §. fi. effectus huius cõcluſionis eſt, quod Seio nõ adeũte deficiat legatum proportionibus cohæredum, quia pro portione ipſorum facit conditionem, ſed proportione illius Sei non deficeret, ſed accreſceret eius portio cohæredibus cum onere, & ſi inſtabis quod immo tẽpore Pomponij authori. d.l. ſi Titio, portio nõ accreſcebat cum onere legatorum, quia iſtud poſtea inductum fuit per conſtitutionem ſeueri, ut dicitur in l. ſi Titio & Meuio. §. Iulianus infra de lega. ij. Reſpondeo, quod ubi expreſſum ab omnibus hæredibus legatum relinquebatur, tunc portio unius accreſcebat alijs cum onere, etiam ante conſtitutionẽ ſeueri, ut eſt caſus in. l. ſi duobus. §. primo infra eod. & in his terminis precise loquitur. d.l. ſi Titio. §. fi. Et ſi iterum inſtabis, quod immo cõſtitutio ſeueri loquitur in caſu, quando ab omnibus fuit relictum ex quo ubi legatum tantum ab uno relinqueretur, non poſſet deberi a cohæredibus, & ceſſaret conſtitutio ſeueri. l. celſus infra de leg. ij. ut dicunt Bart. & communiter alij in d.l. ſi Titio & Meuio. §. Iulianus, quamuis Pau. de caſt. ibi teneat, quod diſpoſitio. d.l. celſus corrigatur per conſtitutionem ſeueri de qua in d. §. Iulianus. Reſpondeo, quod ſunt plures ca-
28 ſus diſtinguendi. † primus quando expreſſim ab omnibus fuit relictum, & iſto caſu, etiam ante conſtitutionem ſeueri, portio unius accreuiſſet alijs cum onere. d.l. ſi duobus. §. primo. d.l. ſi Titio in fi. alius eſt caſus, quãdo nec expreſſim ab omnibus, nec expreſſim ab uno legatum fuit, ſed ſolum præſumptiue, & per interpretationem, ab uno uidetur relictum, prout quando interpretatio ſumitur, quod ſit relictum ab illo hærede, in cuius perſona fuit expreſſa conditio, & iſto caſu ante conſtitutionem ſeueri, portio iſtius non accreuiſſet alijs cum onere, ſed poſt dictam conſtitutionem accreſcit vt eſt caſus in d.l in conditionibus §. primo infra de condit. & demon. & in his terminis præciſe loquebatur conſtitutio ſeueri, de qua in d. §. iulianus, nam ſumitur interpretatio, quod legatum ſit relictum ab illo nominato in conditione, ſi ipſe ſit hæres, ſin minus ſumitur interpretatio, quod ab omnibus ſit relictum, vt dictum fuit ſupra & hoc modo debet declarari dictum Bar. & aliorum in d. §. iulianus, dum dicunt. quod cõſtitutio ſeueri loquitur, quando legatum fuit relictum ab omnibus, nam intelligi debet, quando interpretari poteſt, quod omnes grauauit, ut puta, in caſu propoſito, quia licet in caſu quo nominatus in conditione ſit hæres, legatum cenſeatur ab ipſo ſolum relictum, tamen vbi ipſe nõ eſſet hæres, cenſeretur relictum ab omnibus, & hoc modo declarando mentem Bar. intellectus ipſius ad d. §. iulianus poteſt ſuſtineri, nec erit contra illum texe. vt ibi dicebat Pau. de caſt. Tertius eſt caſus, quando nominatim, & expreſſim ab vno fideicommiſſ. ſeu legatum reliquit, quia illum nominauit in diſpoſitione legati, nõ autem tantummodo in conditione, & iſto caſo portio iſtius grauati non accreſcit cæteris cohæredibus cum onere, etiam poſt conſtitutionem ſeueri, & in his terminis præciſe loquitur d. l. celſus, licet aliter dicat Pau. de caſt. in d. §. iulianus, ſed non bene loquitur, ſi iterum inſtabis, quod immo non ſit verum, quod in caſu d.l. ſi tit. §. fi. portio illius Sei nominati in conditione accreſcat alijs cum onere, ex quo tex. ille vult, quod quoad portionem dicti Sei perinde habeatur, ac ſi eſſet ſolus inſtitutus ſub dicta conditione, ſi hæres erit, igitur videtur velle, quod Seio non exiſtente hærede, legatum pro ſua etiam portione deficiat, prout defeciſſet, ſi eſſet ſolus hæres inſtitutus. Sed ſolutio eſt, quod equiparatio ſit ibi de vno caſu ad alium quoad hoc vt vtroque caſu illa conditio quoad portionem Sei non valeat, & in hoc idem eſt vtroque caſu, ſed equiparatio non ſit, quoad alia, quia vbi eſt ſolus inſtitutus, ipſo non exiſtente hærede deficit teſtamentum, & legatum deficit propter defectum teſtamenti, non præciſe ex eo, quia Seius non eſt hæres, ſed vbi eſt cum alijs inſtitutus, teſtamentum non deficit, propterea quia Seius non ſit hæres, ex quo confirmatur aditione aliorum, vnde ſi deficeret legatum pro portione dicti Sei, neceſſario dicendum eſſet, quod deficeret propter defectum dictæ conditionis, & quod dicta conditio valeret etiam in portione Sei, cuius contrarium dicitur in tex. ex prædictis habes declarationem intellectus d.l. ſi tit. §. fi. & reſolutionem eorum, quæ in contrarium adducit Soc. hic, col. prima, uerſiculo tertio limita, & ex dicto tex. in d. §. fin. dum decidit, quod dicta conditio pro parte Sei intelligitur, prout tacite ineſt, pro parte vero aliorum tanquam conditio voluntaria. Habes etiam in-
29 ferro † quod illa præſumptio, quod in dubio conditio intelligatur expreſſa eo modo, quo tacite ineſt, debet attendi, quamuis propter id diuerſo iure determinaretur, quia eſſet pro parte neceſſaria, & pro parte voluntaria, ita eſt caſus ibi, ideo quod per dictam præſumptionem recedimus a regula l. eum qui edes infra de vſucap. & l. iam hoc iure ſup. de vulgat. cum ſimilibus eſſent plura alia dicenda circa illum articulum, quomodo portio vnius hæredis accreſcit alijs cum onere legatorum, quæ prætermitto, quoniam non pertinent ad materiam legis noſtræ prędicta tamen dicta fuerunt pro reſolutione eorum, quæ Soc. dicit contra communem, & pro declaratione d.l. ſi titio §. fin.

Secunda eſt quæſtio, quando hæc conditio, quiſquis
30 mihi hæres erit, dicatur † expreſſa eo modo quo tacite ineſt, & quando eo animo, vt faciat conditionem, & circa hanc conditionem Bar. & communiter doct. faciunt duas concluſiones. prima eſt, quod ſi non ſit clauſula codicillaris in teſtamento, ſemper dicetur expreſſa eo modo, quo tacite ineſt, ſiue ſit dictum, quiſquis mihi hæres erit, ſiue quiſquis ex ſupraſcriptis hæredibus, ſiue ſi ſcripti hæredes adierint vel ſi ex teſtamento adeatur hæreditas, nam non poteſt aliter legatum valere, niſi aliquis ſit hæres ex teſtamento dict. l. ſi nemo ſupra de teſtamen. tutell. & in hac prima concluſione non eſt difficultas, ſecunda

da concluſio eſt, quòd ubi eſſet clauſula cod icillaris, ni-
delicet, ſi diſpoſita in teſtamento non poſſent ualere iu-
re teſtamenti, quòd ualeant iure codicillorum, quòd di-
ctę conditiones intelligerentur expreſſe aliter quam ta-
cite inſunt, & eo animo ut faciant conditionem. Ratio
huius concluſionis eſt, quia cum poſſit legatum deberi a
uenientibus ab inteſtato, in caſu quo deficiat dicta condi
cio, quia nullus ſit hæres ea teſtamento expreſſa diſpoſi-
tione teſtantis, icEirco dicetur rexpreſſa eo animo, ut fa-
ciat conditionem, ſequuntur, ut dixi, communiter docto.
Iuxta iſtam concluſionem ſunt alique difficultates, pri
ma eſt, quia illa concluſione attenta ſequeretur, quòd iſta
31 uerba, † quiſquis mihi hæres erit, ſemper facerent condi-
tionem, ex quo habēt uim clauſule codicillaris, ſaltem in
ijs, quæ pertinent ad grauamen hæredem, prout ſunt lega
ta, ut per Barto. in. l. ex duobus. §. primo poſt gloſ. ibi ſu-
pra de uulgar. & ratio, quare habeant uim clauſule codi-
cillaris eſt, quia negari non poteſt, quin teſtator multo-
magis uoluerit grauare uenientes ab inteſtato, quos mi-
nus dilexit, unde cum dicta uerba ex largo ſignificatu cō-
prehendant etiam uenientes ab inteſtato icEirco impor-
tabunt diſpoſitionem, per quam legata cenſentur repeti-
ta a uenientibus ab inteſtato. Huic difficultati reſpon-
detur ex mente docto. quòd dicta uerba, quiſquis mi-
hi hæres erit, non habent uim clauſule codicillaris, &
ita fuit de mente Bart. hic, & ſequuntur communiter do-
ctor. ut hic dicunt Alexan. & Iaſo. & latius in d. l. ex duo-
bus. §. primo, ex quo dicta uerba, quiſquis mihi hæres erit
intelliguntur, uidelicet, ſi ex teſtamento adeatur hæredi
tas. l. ſi in teſtamento, uerſiculo quare ſupra ſi quis omiſſa
cau. teſt. & pro hac opinione, ultra dictam rationem, alle
gant tex. in. l. ſi plures, infra de lega. iij. ad quem eſt ſolu-
tio, ut per Bar. in d. l. ex duobus, allegat etiā Soc. hic poſt
Aret. in d. §. primo, tex. in. l. quidam referunt ſupra titul.
proximo, ſed ad illum eſt ſolutio, ut per Bar. ibi, quòd il-
lud uerbum, quiſquis mihi hæres erit, in caſu. d. l. fuit re-
ſtrictum ad inſtitutos in primo gradu, & propterea nō po
teſt uerificari in ſubſtitutis, quæ ſolutio probatur ex uer
bis, de quibus in tex. ibi ut ab inſtitutis codicilli confir-
marentur, allegant etiam doc. tex. in. l. qui liberis. §. hæc
uerba ſup. de uulg. & l. qui hæredi in prin. infra de cond.
& demonſtr. quæ iura uolunt, q hæc uerba, quiſquis mi-
hi hæres erit, intelligantur ſolum de ijs, quos teſtator ex-
preſſe honorauit, non de alijs, quos ſolum tacite, uel in
conſequentiam, ſed ad hæc iura eſt ſolutio, quòd loquun
tur in ijs, quæ pertinent ad commodum hæredum, in iſtis
enim dicta uerba non intelliguntur de uenientibus ab in-
teſtato, quia ex eo q uoluit illud commodum pertinere
ad ſcriptos hæredes, quos plus dilexit, non infertur, quòd
uelit pertinere ad uenientes ab inteſtato, quos minus di-
lexit, ſed opinio Bart. in. d. l. ex duobus. §. primo procedit
in ijs, quæ pertinent ad onus hæredum, in quibus conſtat,
quòd ea ſit uoluntas teſtantis, ut ſint iniuncta uenientibus
ab inteſtato quos minus dilexit, ex eo, quia illa iniunxit
ſcriptis hæredibus, quos magis dilexit ad doctrinam Bar.
in. l. ex duobus. §. primo, reſpondent prædicti doct. quòd
eſt falſa, & q oppoſitum uoluit idem Bar. hic, quid dicen
dum? Ego alias dicebam, quòd Bart. non eſt contrarius,
& q poteſt ad concordiam reduci, quia in. d. l. ex duobus.
§. primo, loquitur quādo fuiſſet dictum, quiſquis mihi hæ
res erit, dee titio decem, quo caſu dicta clauſula, quiſquis
mihi hęres erit, cēſetur appoſita in extremo diſpoſitiuo,
& ideo per dictam clauſulam, quiſquis &c. poſſunt uideri
grauati uenietes ab inteſtato, ſed Bar. hic loquitur, quan
do dicta clauſula fuit ſolum poſita in extremo conditio-
nali, non autem in diſpoſitiuo, prout quando fuiſſet dictū,
quiſquis mihi hæres erit, lego fundum titio, & ideo non
poteſt dicta clauſula importare diſpoſitionem, per quam
cenſere debeant grauati uenietes ab inteſtato, quia illud,
quod ponitur in uim conditionis nō ſolet inducere diſpo
ſitionem. l. ſi quis ſub conditione dandorum decem ſup. ſi
quis omiſſ. cau. teſt. & ex hoc inferebam ad concordiam
dictarum opinionum, ut concluſio cōmunis procedat duo
bus caſibus, primo quando hæc uerba, quiſquis mihi hæ-
res, ſunt poſita in extremo conditionali, & hoc caſu loqui
tur lex noſtra & Bar. hic, ſecundo, quando licet ſint poſi-
ta in extremo diſpoſitiuo tamen reſpiciant commodum
hæredū, & hoc caſu procedit tex. in. d. l. qui liberis. §. hęc
uerba, & in. d. l. qui hæredi. §. primo quod etiam uult Bar.
in. d. l. ex duobus. §. primo, ſed concluſio Bar. in d. §. primo
procedat in alio tertio caſu, uidelicet, quando hæc duo
concurrunt, & q hæc uerba quiſquis mihi hęres erit, ſunt
poſita in extremo diſpoſitiuo, & quod agatur de ijs, quæ
pertinent ad onus hæredum, ſed in pręſentiarum puto ali
ter dicendum, uidelicet, quòd hęc opinio cōmunis, ſit in-
diſtincte uera, & q nunquam dicta uerba habeant uim, &
effectum clauſule codicillaris. Moueor, quia ex eo q ap-
32 paret, quem uoluiſſe facere teſtamentum, † conſtat nō ad
eſſe uoluntatem faciendi codicillos. l. non codicillum. C.
de teſt. & ex eo q quis aliquos grauat ex cauſa teſtamēti,
non poteſt inferri, q ſit uoluntas grauādi uel eoſdem uel
alios in cauſa inteſtati, caſo quo teſtamentum non ualeat
. l. ex teſtamento. C. de fideicom. & quia nunquam ex con-
ſenſu unius diſpoſitionis poſt inferri conſenſus circa aliā
diſpoſitionem, prout de ultimis uoluntatibus eſt text. in
d. l. non codicillum, & d. l. ex teſtamento, & l. fi. §. illud. C.
de codicil. & l. pri. ſupra tit. pri. & in cōtractibus eſt tex.
in. l. j. §. cum, qui ſup. de conſt. pecu & ideo cōmuniter di-
cunt Bar. & doct. in. l. j. §. ſi quis ita infra de uer. obl. quòd
ubi agitur de totali diſpoſitione, tūc procedat regula ne-
gatiua, ſi non ualet quod agitur, ut agebatur, nec etiā ua-
let, ut ualere poteſt, de quo latius dixi in. d. §. ſi quis ita.
Cum igitur non appareat, quòd teſtator uelit diſpoſita p
eum ualere in uim codicillorum, quia iſtud nō expreſſit,
icEirco ex eo teſtamento, non poteſt inferri adeſſe uolun
tatem grauandi eoſdem heredes uel alios ex cauſa inte-
ſtati, & omnino dicta uerba, quiſquis mihi heres erit, in-
telligi debent ex teſtamento, cum non appareat, q teſta-
tor uelit facere aliam diſpoſitionem quam teſtamentum
ut intelligantur ſecundum ſubiectam materiam. l. ſi inſu
lam ſupra de præſcrip. uerb. & hec eſt ratio eius, quod di-
citur in. d. l. ſi in reſtamento, uerſiculo quare ſupra. ſi quis
omiſſ. cau. teſta. Nec ob. pro. præſumptio ſit, teſtatorē mul
to magis noluiſſe grauare uenientes ab inteſtato, quos mi
nus dilexit, ut dicebat Bar. in. d. l. ex duobus. §. primo, nā
reſpondetur, quòd argumentum procederet, ubi diſpoſi-
tio teſtamenti non uariaretur, & remaneret eadem cauſa
teſtamenti, ſed quando uariatur diſpoſitio, & ceſſat cauſa
teſtamenti, & deuenimus ad cauſam inteſtati, non poteſt
ſequi dicta illatio, nam eſt diuerſa ratio, quia cenſeri po
teſt, q de dictis legatis diſpoſuit ea ratione, ut teſtatus
decederet, & cum dicta ratio ceſſet in cauſa inteſtati, pro
pterea non poteſt fieri dicta illatio, quòd debeantur ex
cauſa inteſtati, argumento. l. adigere. §. quamuis infra de
iure patro. faciunt plura alia quæ dixi in. d. §. ſi quis ita,
quod multomagis procedit in caſu, quo dicta clauſula,
quiſquis mihi hæres erit. refertur tantummodo ad lega
ta, nam tunc, cum non poſſit operari, quòd inſtitutio ua-
leat in uim codicillorum, non etiam habebit uim clauſu
læ codicillaris reſpectu legatorum, non enim poteſt ſumi
illa interpretatio, q teſtator uelit eadem diſpoſitionem
teſtamenti, caſu quo non poſſit ualere in uim teſtamenti.
pro parte ualere iure codicillorum: & pro parte non &
q diuerſo iure cenſeatur, argumēto. l. cum qui edes, infra
de uſucap. & l. iam hoc iure ſup. de uulg. cum ſimilibus.
Alia eſt difficultas, quia non uidetur poſſibile, q clau
ſula codicillaris operetur, ut dicta uerba, quiſquis ex ſu-
praſcriptis mihi hæres erit: uel ſi ex teſtamento adeatur
hæreditas: cenſeri debeant expreſſa eo animo, ut faciant
33 conditionem: & aliter quam inſunt: nam aut tenemus † il-
lam opinionem, q iſtud legatum: cui dicta cōditio eſt ap
poſita, ſit repetitum ab omnibus uenientibus ab inteſtato:
per dictam clauſulam codicillarem: prout cenſentur re-
petita quæcunque alia diſpoſita in teſtamento gl. in. l. ex
teſtamento. C. de fideicomm. & in. l. qui autem in uerbo,
derelicta ſupra ſi quis omiſſ. cauſa teſta. Bart. in. l. j. col. j.
ſupra tit. j. quam opinionem tenuerunt Aret. Alex. Soc.
Iaſo. Ruin. & communiter Moder. hic & uidetur impoſ-
ſibile: quod per dictam clauſulam codicillarem induca-
tur: ut dicta uerba conſtituant conditionem, quia at-
tenta

tenta prædicta opinione per dictam clauſulam auſertur potius à dictis uerbis uis & effectus conditionis, quam prius habebant, declaro. Si dicta clauſula codicillaris nõ fuiſſet appoſita, illa cõditio tacita, quiſquis ex ſupra ſcriptis hæres erit, uel ſi ex teſtamento adeatur hæreditas, habuiſſet uim & effectum conditionis, quoad iſtud ut in eius defectum, quia ex teſtamento non adiretur hæreditas, legatum deficeret. l. ſi nemo ſupra de teſtamenta tutel. l. eam quam. C. de fideicom. & dicta clauſula aufert iſtum effectum, quia operatur, quòd legatum nõ deficiat, ſed debeatur a uenientibus ab inteſtato, quamuis dicta conditio, quia nullus ex ſuprascriptis ſit hæres ex teſtamento, non exiſtat. augetur difficultas, quia ſi teſtator apponendo clauſulam codicillarem uoluit legatum a cæteris uenientibus ab inteſtato deberi, quamuis dicta conditio deficiat, igitur cenſeri magis debet, quòd uoluerit a dicta conditione recedere, quam facere conditionem in legato per dicta uerba, & ſi dices, prout hic dicit Alexan. quòd licet ſtãte clauſula codicillari, non inducatur, quòd illa uerba habeant uim & effectum conditionis, quoad effectum ut ea non exiſtente, legatum deficiat, quia fuit etiam repetitum ab alijs ſuccedentibus ab inteſtato, tamen operabitur dicta clauſula, quòd illa uerba habeant uim conditionis, quoad impediendum tranſmiſſionem, quia teſtator non uidetur, apponendo dictam clauſulam codicillarem, recedere a dicta conditione, quiſquis mihi hæres erit, uel ſi ex teſtamento adeatur hæreditas, ſed potius addere aliam conditionem, alternatiue, ut cenſeatur illud legatum relictum ſub duabus conditionibus, alternatiue, uidelicet, ſi ex teſtamento, uel ſi ab inteſtato, adeatur hæreditas, ex quo ſequuntur duo, ut ipſe dicebat, primum, quòd dicta cõditio intelligetur expreſſa aliter quam ineſt, nam ineſt ſolum ſimplex conditio, ſi adeatur hæreditas, & fuit expreſſa in legato duplex conditio alternatiue, uidelicet, ſi ex teſtamento, uel ab inteſtato. Aliud quòd interim impedietur tranſmiſſio, decedẽte legatario antequam alteruter caſus contingat. l. huiuſmodi infra quando dies lega. ced. Reſpondetur, quòd iſta declaratio ſeu ſolutio Alexan. nullo modo poteſt ſuſtineri, ex quo in legato relicto ex teſtamento, & ab inteſtato ineſt illa conditio, ſi adeatur hæreditas, uel ex teſtamento, uel ab inteſtato, nam requiritur, quòd altero caſu adeatur hæreditas, cum in cauſa inteſtati non ſuſtineatur legatum, niſi etiam ab inteſtato adeatur hæreditas. gl. in l. qui filium. §. primo, in uerbo codicillis ſupra de hæredi. inſti. l. ij. & ibi Barto. infra de fideicom. hæredita. & iſti duo caſus aditionis ex teſtamento, uel ab inteſtato non continentur copulatiue in hac conditione, ſi adeatur, quę tacite ineſt in hoc legato relicto ex teſtamento, & ab inteſtato, ſed alternatiue iccirco quamuis iſti duo caſus aditionis exprimantur alternatiue, non deberent propterea dici expreſſi aliter quam tacite inſunt, tanto magis quia in dubio conditio intelligi debet expreſſa eo modo, quo tacite ineſt, ut in. l. noſtra, & l. in conditionibus §. j. infra de cond. & demonſtra. & l. ſi titio. §. ſi. infra quando dies lega. ced. nec eſt uerum, quòd impediretur trãſmiſſio per iſtas duas conditiones, ſi ex teſtamento, uel ſi ab inteſtato adeatur hæreditas alternatiue adiectas, etiam quòd intelligantur expreſſe, tanquã due conditiones, & aliter quam tacite inſunt, ut infra dicetur, nec obſtat text. in d. l. huiuſ
34 modi, † quia ille tex. potius probat contrarium, & retorquetur ad oppoſitum, nam aduertendum eſt, quòd ratio deciſionis dictæ legis. uidelicet, ut legatum relictum ſub conditione, ſi quid factum erit, ſiue factum non erit, non tranſmittatur decedente legatario antequã alteruter caſus contingat, non obſtante quòd dicta conditio ſit omnino extitura, ea eſt, quia in dicta conditione ineſt tempus incertum, quod ſui natura in ultimis uoluntatibus impedit tranſmiſſionem. l. dies incertus infra de conditio. & demon. & ratione dicti tẽporis incerti impeditur tranſmiſſio in caſu. d. l. huiuſmodi ita uult tex. ille, dum ſuam deciſionem probat a ſimili, per illud quod dicitur de legato relicto, cum hæres morietur, ut non tranſmittatur, quamuis ſit certũ omnino debitum iri, quo caſu clarum eſt, quòd impeditur tranſmiſſio, ratione temporis mortis, quod eſt incertum. d. l. dies. l. hęres meus infrà de conditio. & demon. Hæc ratio ceſſat in ijs conditionibus, ſi adeatur hæreditas ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, quoniam non ineſt aliud tempus, quam aditionis, quod licet ſit incertum, quia ignoratur quando ſecutura ſit aditio, tamen ſui natura non inducit conditionem in ultimis uoluntatibus, quamuis expreſſe illud tempus teſtator dixerit. d. l. in conditionibus primum locum §. primo, iccirco nulla ratione impediri poteſt tranſmiſſio per has conditiones, cum ceſſet ratio temporis incerti conſiderata per. d. l. huiuſmodi. Si etiam uolueris dicere, prout dicebat Soc. hic nu. 9 ad ſi. quem ſequitur Ripa num. 19. uidelicet quòd ex quo in caſu, quando non eſſet clauſula codicillaris, & legatum deberetur ſolum ex teſtamento, illa conditio, ſi ex teſtamento adeatur hæreditas, ineſſet precisè, & de neceſſitate, ſequitur quòd adiecta dicta clauſulam codicillarem, per quam idem legatum uidetur repetitum ab inteſtato, quòd dicta conditio non inſit amplius de neceſſitate preciſa, quia non requiritur preciſe, quòd ex teſtamento adeatur hæreditas, & ideo dicetur expreſſa aliter quam tacite inſit, reſpondeo quòd hæc deſta ratio Soci. nihil eſt, quia fateor, quòd ſit aliter expreſſa, quam inſit in legato relicto ſolum ex teſtamento, tamen dico quòd dicetur expreſſa eo modo, quo tacite ineſt in legato relicto ex teſtamento, & ab inteſtato in quo ineſt, quòd uel uno, uel alio modo adeatur hęreditas. unde cum teſtator cenſeatur noluiſſe, quòd legatũ debeatur ex cauſa inteſtati, ubi ex teſtamento non fit adita hęreditas, iccirco non poteſt cenſeri expreſſa eo animo, ut faciat conditionem, ſed magis prout tacite ineſt in legato relicto, & ex teſtamento & ab inteſtato, & ea quæ dicit Soci. de tranſmiſſione, uidelicet, ut legatarius decedens, dũ hęredes ex teſtamento deliberant, uel iam adeant, non tranſmittat, ſed decedens poſtquam deſijt cauſa teſtati, & hæreditas eſt deuoluta ad cauſam inteſtati, tranſmittat etiã antequã hæredes ab inteſtato adeant, ſunt manifeſte falſa. quia, ut inf. dicemus nullo modo per has conditiones de aditione hęreditatis, qualitercunque ſint expreſſe impediri poteſt trãſmiſſio. Aut uero uoluimus tenere aliam opinionem; uidelicet, quòd legatum, cui fuit adiecta dicta conditio, quiſquis ex ſuprascriptis hæres erit, uel ſi ex teſtamento adeatur hæreditas, non cenſeatur repetitum a cæteris uenientibus ab inteſtato, quæ opinio fuit de mente aliquorum, quos inf. referã, & tunc apparebit quidem, quòd dicta uerba faciunt conditionem, quia ſi non eſſent expreſſa, legatum cenſeretur repetitum a uenientibus ab inteſtato, & fuiſſet debitum quamuis ex teſtamento, & per ſuprascriptos heredes non fuiſſet adita hęreditas, ſed expreſſio dictorum uerborum operatur, quòd non debeatur ab inteſtato, & deficiẽte aditione ex teſtamento, tã quam ubi ſine clauſula codicillari defeciſſet legatum, non adita hæreditate ex teſtamento, tamen defeciſſet, ſiue dicta uerba fuiſſent expreſſa, ſiue non, quia deſtitutum eſſet teſtamentum, ſed appoſita clauſula codicillari non defeciſſet legatum, niſi dicta uerba fuiſſent expreſſa, iccirco dicitur, quod expreſſio dictorum uerborum, ſtante clauſula codicillari, conſtituit conditionem, & cenſetur facta eo animo, ut faciat conditionem, & operatur quod legatum non debeatur, niſi adeatur hæreditas ex teſtamento, quãuis, ſi dicta uerba non eſſent expreſſa, legatum poſſet deberi ex teſtantis diſpoſitione, propter clauſulam codicillarem, etiam ex cauſa inteſtati. Et attenta iſta opinione incidimus in aliam difficultatẽ, quia hoc modo legatum uidetur relictum ſolum ex teſtamento, & a ſcriptis hæredibus, iccirco requiritur, quòd omnino ex teſtamento & a ſcriptis hæredibus adeatur, unde cum dicta conditio inſit de neceſſitate in hoc legato reſtricto ad cauſam teſtati, & ad ſcriptos hæredes, propterea dicetur expreſſa eo modo, quo tacite ineſt, quemadmodũ in caſu quando fuit relictum legatum nominatim a Seio, ſub conditione, ſi ſeius hæres erit unde ſequitur, quòd dicta expreſſio non poteſt conſtituere conditionem. Sed huic difficultati reſponderi poteſt, quòd ex quo per conditionem adiectam, legatum reſtringitur ad cauſam teſtamenti, & ad ſcriptos hęredes, & ad caſum, quo ex teſtamento, & per ſcriptos hæredes

des adeatur hæreditas, non ideo dicetur neceſſaria, quia
nõ requirebatur, niſi fuiſſet adiecta, & ſi non eſſet expreſ
ſa legatum fuiſſet debitum, etiam ex cauſa inteſtati, per
clauſulam codicillarem, uerum dicetur conditio uolunta
ria, quia ſolum requiritur, poſtquã fuit expreſſa, unde ſe-
quitur, quòd faciat conditionẽ, qua nõ exiſtente legatum
deficiat, an autem faciat cõditionẽ per quam impediatur
tranſmiſſio legati infra dicam. Quid concludendũ in hac
difficultate? Ego concludo, quòd per clauſulam codicilla
35 rem † non uidetur repetitũ ab inteſtato huiuſmodi, lega
tum, cui fuit adiecta dicta conditio, quiſquis ex ſupraſcri
ptis, uel ſi ex teſtamẽto adeatur hereditas, & ꝙ ideo dicta
uerba expreſſa faciunt conditionem, quia operãtur, quod
in defectum dictæ conditionis legatum deficiat, & non de
beatur ab alijs hæredibus ab inteſtato. Moueor, quia ſi le
gatum relictum ab uno in cauſa inteſtati non debetur ab
alijs ſuccedentibus etiam ab inteſtato. l. j. in fin. infra de
leg iij. Bar. in. l. ſi quis cum nullum in ultimis uerbis ſu-
pra tit. j. ideirco huiuſmodi legatum relictum ſub dicta
conditione a ſcriptis hæredibus non poterit in cauſa in-
teſtati cenſeri relictum, per dictam clauſulam, ab alijs
quam a ſcriptis hæredibus. Secundo moueor, quia ſi ali-
ter diceremus, ſequeretur, uel quòd dicta uerba, quiſquis
ex ſupraſcriptis hæres erit, eſſent ſuperflua, contra. l. ſi
quando in princi. infra eod. uel ſi uolumus, quòd non ſint
ſuperflue apposita, ſed ut faciant conditionem, ſequere-
tur, quòd teſtator apponendo dictam clauſulam codicilla
rem, uideretur incontinenti ſe corrigere, & a dicta condi-
tione recedere, contra. l. non ad ea. infra de conditio. &
demon. hoc idem colligitur ex deciſione Imo. hic, quam-
uis illam reprobent Areti. & Alex. hic, & male iudicio
meo, nam uult, quod ſi duobus inſtitutis hæredibus ab al-
tero legatum ſit, ſub conditione, ſi ipſe hæres erit, non ui
deatur, quamuis adſit clauſula codicillaris, repetitum
illud legatum ab alio, quam ab eo, in cuius perſona con-
ditio fuit expreſſa, nã ex hoc infertur, quòd ex quo in ca-
ſu noſtro legatum fuit a ſcriptis. hæredibus ſub conditio
ne, ſi ipſi erant hæredes, quòd non cenſebitur per dictam
clauſulam repetitum ab alijs in cauſa inteſtati, hoc idem
uult Ripa hic num. 18. nam dicit, quòd ſi ſit adiecta condi
tio, quiſquis ex ſupra ſcriptis hæres erit, ab inteſtato per.
d. clauſulam non uidebitur repetitum legatum ab alijs,
quã a ſcriptis heredibus, quia clauſula codicillaris opera
tur ſolũ circa diſpoſita in teſtamẽto. l. j. & ij. ſup. tit. j. pro
pterea ſolum conſeruabit legata ſub illa conditione, ſub
qua relicta ſunt, non autem in defectum dictæ conditio-
nis. Nec obſtant ea, quæ in contrarium adducunt Alex. &
Moder. uidelicet, quòd per dictam clauſulam codicilla-
rem uideantur grauati omnes uenientes ab inteſtato, quia
ſolutio eſt, quòd procedunt in legatis, quæ ſimpliciter, &
indeterminate relinquuntur, non autem in ijs, quæ ſolum
à certa perſona, uel præciſe ſub illa conditione, ſi ex te-
ſtamento adeatur hæreditas quia non poſſunt uideri per
dictam clauſulam repetita ab inteſtato, cum in cauſa inte
ſtati non poſſint deberi ab illiſmet hæredibus, nec poteſt
exiſtere dicta conditio, nam alias uideretur incontinen-
ti ſe corrigere, & à dicta conditione recedere, contra. d. l.
non ad ea, & credo, quòd prædicta fuerint de mente Bar,
hic, dum dixit quòd ſtante clauſula codicillari dicta uer-
ba conſtituunt conditionem, nam intelligo mentem eius
eſſe, quòd conſtituunt conditionem, per cuius defectum
legatum deficiat. Prædicta intelligo in illa conditione,
quiſquis ex ſupraſcriptis hæres: erit & in illa: ſi ex teſta-
mento adeatur hæreditas: quia non poſſunt intelligi in
caſu inteſtati, ſed ubi eſſet ſimpliciter dictum, quiſquis
mihi hæres erit, tunc licet non exiſtente clauſula codicil
lari, dicta uerba intelligerentur ex teſtamento. l. ſi. in te-
ſtamento. §. primo, ſupra ſi quis om. cau. teſtamenti. ut ſu
pra dictum fuit, tamen ubi eſt appoſita dicta clauſula in-
telligũtur etiam ab inteſtato, quia per dictam clauſulam
declaratur, ꝙ teſtator in dictis uerbis intellexit etiam de
uenientibus ab inteſtato, nam una pars teſtamenti decla-
ratur per aliam. l. qui filiabus in principio. l. ſi ſeruus plu-
rium. §. ſi. infra eodem, & hoc caſu non faciunt conditio-
nem, per cuius defectum legatum deficiat, ſolum erit du

bitatio, an faciant conditionem ad impediendum tranſ-
miſſionem, de quo infra dicam.

Alia eſt difficultas, an prædicta concluſio, quòd dicta
uerba uideantur expreſſa eo animo, ut faciant conditio-
nem, quando adeſt clauſula codicillaris, procedat nõ tan-
36 tum, quãdo fuit dicta clauſula expreſſa. † ſed etiam quan
do ſolum ſub intelligitur ex legis diſpoſitionẽ, in aliquo
caſu ſpeciali, prout in teſtamẽto inter liberos, in quo ſub
intelligitur clauſula codicillaris, glo. in. l. cohæredi. §. cũ
filia, in uerbo ualuit, quam ſequuntur communiter alij, ut
ibi per Iaſ. col. fin. ſupra de vulg. & in teſtamento mili-
tis. l. iij. ſupra de teſt mil. Bar. in. l. j quæſt. ſexta, ſupra ti-
tulo primo, & in caſu, quãdo prohibita eſſet deductio fal-
cidiæ, quia legata debentur hæreditate non adita. §. ſi ue-
ro expreſſim, in authentico de hæred. & falcid. & in lega-
tis ad pias cauſas, quæ debentur etiam hæreditate nõ adi
ta, ſecundum Bar. Bal. & alios in. l. prima. C. de ſacroſan.
eccle. In hac dubitatione ſunt opiniones, nam Ripa hic
poſt Cuma. tenet ꝙ dicta uerba facerent conditionẽ, pro-
ut quando clauſula codicillaris eſſet expreſſa, quia tunc
dicta conditio, ſi adeatur hæreditas ex teſtamento, non
ineſt de neceſſitate, quia legatum poteſt ualere in caſu in
teſtati, ut hic per eos. Contrarium tenuit Soc. hic. Mo-
uetur, quia, ꝙ in prædictis caſibus ſubintelligatur clauſu
la codicillaris, & legata debeantur ab inteſtato, induci-
tur ex legis diſpoſitione non ex diſpoſitione teſtantis, id-
circo dicta conditio, quiſquis mihi hæres erit, uel ſi ex te
ſtamento adeatur hæreditas dicetur ineſſe in legato, ſal-
tem, quoad effectum, ut legata debeantur prout teſtator
diſpoſuit, quia alio modo non poſſunt deberi ex teſtantis
diſpoſitione, ſed ſolum ex diſpoſitione legis, conſequen-
tia patet ex eo, quod dicunt Bartol. & communiter do
ctor. hic, uidelicet, quòd non obſtante, ꝙ legata alio caſu
poſſint deberi, puta a coherede, uel ab inteſtato, ex titulo
ſi quis om. cau. teſtamenti. non ideo minus dicetur, quin
dictæ conditiones tacite inſint & eo modo cenſeantur ex-
preſſe quia à cohærede, uel ab inteſtato non debentur le
gata, prout teſtator diſpoſuit, nec ex eius diſpoſitione, ſed
ſolum ex diſpoſitione legis, & hanc opinionem Soc. credo
ueram, & de mente doct. nec obſtat replicatio Ripæ, uide
licet, ꝙ etiam prædictis non obſtantibus, iſta conditio. ſi
hæres erit, dicetur ineſſe ex uoluntate teſtantis, non ex
neceſſitate, quia licet legata in prædictis caſibus ſuſtineã
tur legis auxilio, tamen ſuſtinẽtur etiam ex teſtantis uo-
luntate, maxime quia iſtud legis auxilium præſumitur
fuiſſe cognitum teſtatori. l. leges. C. de legibus & præſu-
mitur, quòd teſtator uoluerit ſe conformare cum diſpoſi
tione iuris, ut dicit Bar. in. l. hæredes mei. §. cum ita, infra
ad trebell. & in. l ut iuſiurandi. §. ſi liberi, infra de operis
libertor, quia reſpondetur quòd non negant Bar. & alij,
quin concurrat uoluntas teſtantis, ſed intelligunt, quod
non ſit uoluntas diſpoſitiua, quia in his caſibus teſtator
non diſpoſuit, ſed quod ſit tantummodo uoluntas teſtan
tis permiſſiua, quatenus tacite permittit ſeu conſentit, ꝙ
diſpoſitio legis inducat dictis caſibus legata deberi, &
multum intereſt, utrum quid ueniat ex uoluntate teſtan
tis diſpoſitiua, uel ſolum ex legis diſpoſitione, & uolunta
te teſtãtis permiſſiua, ut dicetur poſt Bar. infra circa quę
ſtionem, de ijs quæ tacite inſunt per modum diſpoſitio-
nis. Difficultas igitur tota conſiſtit in aſſignando ratio-
37 nem diuerſitatis, quare magis dici debeat, † quòd dicta
conditio ſit expreſſa aliter quam inſit, ubi legatum po-
teſt deberi in alio caſu ex teſtantis diſpoſitione, & ex ſua
uoluntate diſpoſitiua, quam ubi ſolum ex legis diſpoſi-
tione, & uoluntate teſtantis permiſſiua, ſed hæc difficul-
tas parum urget, quia ratio diuerſitatis ſatis patet, nam
duobus modis conditio dicetur tacite ineſſe legato, pri-
mo quãdo preciſe & neceſſario requiritur, ut in hac, ſi ſe-
ius hæres erit, ipſo ſolo inſtituto, & in hac, quiſquis mihi
hæres erit, nõ adiecta clauſula codicillari a teſtatore, nec
ſubintellecta a lege. Alio modo dicetur ineſſe, quando li
cet præciſe non requiratur, quia alio caſu legatum poſſit
ualere, eſt tamen neceſſaria ad effectum ut legatum de-
beatur eo modo, quo teſtator diſpoſuit, exemplum in illa
conditione ſi Seius hæres erit, quando eſt inſtitutus cum
alijs,

alijs, nam licet preciſe non requiratur, quòd ſeius ſit hæ-
res, quia ipſo non exiſtente hærede poteſt legatum debe-
ri a cohæredibus l.ſi titio & meius.§.iulianus infra titulo
primo, tamen requiritur, & eſt neceſſaria ad effectum, ut
legatum debeatur a Seio, prout teſtator diſpoſuit. unde
ſequitur, quòd non obſtante, quòd alio caſu legatum poſ-
ſit deberi ex legis diſpoſitione, & uoluntate teſtantis per
miſſiua, tamen dicta conditio dicetur ineſſe legato, licet
non tanquam præciſa, neceſſaria tamen ueluti neceſſaria,
ut legatum ualeat tanquam ex diſpoſitione teſtantis, & ic
circo ſi exprimatur, debet intelligi expreſſa eo modo quo
tacite ineſt, & ueluti, neceſſaria, ad effectum ut legatum
debeatur ex teſtantis diſpoſitione, nõ eo animu ut faciat
conditionem ad impediendum, quin alio caſu poſſit debe
ri ex diſpoſitione legis, ſed ubi poteſt legatum deberi in
alio caſu ex teſtantis diſpoſitione, quia teſtator expreſſe
diſpoſuit, quòd legata debeantur etiam ab inteſtato, tunc
dicta conditio, ſi hæres erit, ex teſtamento, nullo modo di
cetur ineſſe, nec tanquam preciſe neceſſaria, nec tanquam
neceſſaria, ut legatum debeatur in caſu quo teſtator di-
ſpoſuit, propterea dicetur expreſſa ueluti uolũtaria, & eo
animo ut faciat conditionem, quia alias dicta uerba eſ-
ſent omnino ſuperflua, & ſic uides, quòd eſt manifeſta ra-
tio diuerſitatis inter unum caſum & alium, & propterea
quòd opinio Soci. eſt indubitata, & prædicta ſunt de men
te Barto. & aliorum docto. hic.

38 Supereſt, quòd uideamus, † an quando pluribus inſtitu
tis teſtator legat ſub hac conditione, ſi omnes adierint
hæreditatẽ, dicta conditio dicetur expreſſa eo modo quo
ineſt, an eo animo ut faciant conditionem. d. Ripa hic nu
mero. 11. dicit, quòd eo animo ut faciant conditionem,
quia de neceſſitate non ineſt, quòd omnes adeant ad effe-
ctum ut ſuſtineatur legatum. Ego concludo contrarium,
nam in caſu propoſito legatum cenſetur relictum ab om-
nibus, quia omnes ſunt poſiti in conditione, ut ſup. dixi
ex mente Bar. per. l. in conditionibus primum locum. § pri
mo infra de cond. & demonſt. & quia in dubio legatum ui
detur relictum ab omnibus hæredibus. l. ſi plures inſ. de
le. tertio. ut igitur legatum debeatur ab omnibus, prout
teſtator diſpoſuit, requiritur, quòd omnes adeant, icirco
dicta conditio tacite ineſt, & dicetur expreſſæ eo modo,
quo eſt neceſſaria, & iſtud manifeſtiſſime patet, quia li-
cet omnes non eſſent hæredes, ſed ſolum aliquis ipſo-
rum, non ideo tamen deficeret legatum. l. ſi. §. aliũm infra
titulo primo. l. lucius. §. caio infra ad trebell. & latius di-
cetur in. l. hæredes mei. §. cum ita infra ad trebel. ex quo
ſequitur, quòd non poteſt cenſeri adiecta dicta conditio
eo animo ut faciat conditionem, ut non aliter legatũ de-
beatur quam ſi omnes ſint hæredes, bene admitto, quòd ſi
ab uno hærede legatum foret ſub conditione, ſi omnes eſ
ſent hęredes, quòd tunc procederet opiniu domini Ripę,
quia non requiritur, quòd omnes hæredes adeant, ad effe
ctum ut legatũ debeatur ab illo, quem grauauit, niſi poſt-
quam teſtator expreſſit hanc conditionem.

Circa ſecundam principalem dubitationem, uidelicet
quẽ effectũ operentur conditiones de aditione hęredita-
tis eo caſu, quo ſunt expreſſe aliter quam inſunt, & eo ani
mo ut faciant conditionem. uidendum eſt de duobus, pri-
mo, an operentur iſtum effectum, ꝙ in earum defectum
legatum deficiat. ſecundo an operẽtur, quòd impediatur
tranſmiſſio legati.

39 Circa primum concludo, quòd omni caſu † quo dictę
conditiones ſunt expreſſe eo animo, ut faciant conditio-
nem, quòd faciunt deficere legatum in earum defectum,
& ideo dico, quòd ubi teſtator expreſſit illa uerba, ſi ſeius
hæres erit, pro conditione, Scio non exiſtent hęrede, lega-
tum non deberetur a cohæredibus, caſus eſt in. d. l. in cõdi
tionibus. § primo, nã tex. ille debet intelligi, quòd princi
palis dubitatio & deciſio ipſius ſit, an perſona illius pri-
mi ſit in conditione, quoad effectum ut illo non exiſtente
hærede legatum deficiat, prout aperte colligitur ex uerſ.
ſequẽti, qui incipit, ſed ſi ſic, cuius dubitatio & deciſio eſt
de eo, quòd per defectum cõditionis deficiat legatum, ex
quo infertur ꝙ in uerſi. præcędenti dubitatio & deciſio ſit
de eodem, quia illa aduerſatiua, ſed ſi ſic, debet aduerſari
pręcedentibus in iure & in facto l. ſed ſi lege in princ. ſu-
pra de petitio. hæred. glo. in. l. hoc amplius. §. ſuper ijs au
tem infra de damno infecto Bar. in. l. patris ſupra de uulg.
unde ſi debet aduerſari præcedẽtibus in iure, requiritur,
ꝙ in præcedentibus dubitatio & deciſio ſit eiuſdem gene
ris, quia non poteſt aduerſari niſi in præcedentibus eiuſ-
dem generis Bar. in. l. mariti, in ſi. infra de adulterijs. Iaſ.
in. l. iij. §. ex contrario, infra de acquir. poſſ. Sic etiam di-
xi ſupra, ꝙ conditio in caſu. l. ſi titio. § ſi ad ſi. infra quan-
do dies leg. ced. proportionibus cohæredum, pro quibus
cenſetur adiecta eo animo ut facit conditionum, opera-
tur iſtum effectum, ꝙ non exiſtente hærede illo, in cuius
perſona expreſſa fuit conditio, legatum deficiat. pari mo-
do quotiea illa conditio quiſquis mihi ex ſupraſcriptis
hæres erit, uel ſi ex teſtamento adeatur hæreditas adie-
cta alicui legato, cẽſetur expreſſa eo animo, ut faciat con
ditionem, quia ſit appoſita in teſtamento clauſulæ codi-
cillaris, operabitur hunc effectum, ut legatum deficiat. ſi
dicta conditio non exiſtat, ut ſupra dictum fuit, licet ali
qui tenuerint contrarium, & non bene, concludo igitur,
ꝙ omni caſu quo conditio de aditione hæreditatis habet
uim & efficaciam conditionis, & habetur pro conditione,
ꝙ in eius defectum legatum deficiat, & indicio meo hoc
etiam uoluit Bar. dum ſimpliciter dicit, ꝙ facit conditio
nem in legatis, nam intelligo ꝙ loquatur quoad iſtum ef
fectum, qui eſt proprius effectus conditionis.

Circa alium effectum de tranſmiſſionem doct. omnes
conueniunt, quòd ſi dicta conditio ſit aliter expreſſa, quã
40 inſit, quòd impediet † ne poſſit legatum tranſmitti dece-
dente legatario ante aditionem, quia ſi facit iſto caſu cõ-
ditionem in legato, in conſequentiam operabitur, quòd
non poſſit tranſmitti cum legatũ conditionale non tranſ
mittatur. l. unica § ſin autem, ſub conditione. C. de cad.
toll. toto titulo infra quando dies leg. ced. & quia tex. in
d. l. ſi titio. §. ſi. infra quando dies leg. ced. dicit, quòd iſto
caſu conditio ualebit, & non erit ſuperuacua, & propte-
rea limitant doc tex. noſtrum, & in. d. l. ſi titio. § j & in. d.
l. in conditionibus primum locum. § primo, cum concor-
dantibus, ut non procedant, quando iſtæ conditiones de
aditione hæreditatis ſunt expreſſe aliter quã inſunt, quia
tunc impedirent diem leg. ced. & tranſmiſſionem. Ego ſu
pra in tex. tenui, quòd nullo modo conditiones de aditio
ne hæreditatis impediant diem leg. ced. ſeu tranſmiſſio-
nem & nunc cum bona uenia doc. idem repero, & dico eſ-
ſe falſum hoc, quod ipſi dicunt & non poſſum mirari. ꝙ
iſtud ita ſimpliciter affirment, cum tamen omnes ratio-
nes & leges uelint, quòd per dictas conditiones de adeun
da hæreditate, nullo modo impediatur tranſmiſſio, & ut
omnia facilius intelligantur, diſcurramus per ſingulos ca-
ſus, in quibus dictæ conditiones exprimũtur aliter quam
41 inſunt. Primus caſus eſt, † quando cẽſentur aliter expreſ
ſe propter clauſulam codicillarem, & in iſto caſu impoſſi
bile eſt, quòd per dictas conditiones impediatur trãſmiſ
ſio, nam aut uolumus pręſupponere illam opinionem quã
ſupra ſecutus ſum, uidelicet, quod dictæ conditiones ope
rentur, quod legatum cui ſunt adiectæ, non cenſeatur re-
petitum per clauſulam codicillarem a uenientibus ab in
teſtato, ſed quod intelligatur reſtrictum & limitatum ad
cauſam teſtamẽti, & ad perſonas hæredum inſtitutorum,
& attenta dicta opinione profecto non poſſumus aliqua
ratione dicere, quod impediatur tranſmiſſio, cum in hu-
iuſmodi legato reſtricto & limitato ad hãc cauſam teſta
menti, & ad hæredes inſtitutos inſint de neceſſitate iſtæ
conditiones, quod ex teſtamento, & per ſcriptos hæredes
adeatur hæreditas, & dicentur dictæ conditiones expreſ-
ſe prout tacite inſunt in huiuſmodi legato, reſtricto & li-
mitato ad hanc cauſam teſtamẽti, & ad perſonas inſtitu-
tas, unde ſequitur, quòd nullo modo impediãt diẽ leg. ce.
& eius trãſmiſſionem. Et ſi inſtabis, qđ non poſſunt dici
expreſſe prout tacite inſunt in preſenti legato quia cla-
rũ eſt, quòd ꝑ clauſulam codicillarem cenſentur expreſſe
aliter quã inſunt, ut ſup. concluſum fuit. Reſpondeo, ꝙ in
42 his uerbis † eſt quędã equiuocatio ſeu fallacia, nam, ut in
telligas debes ſcire, qđ duobus modis dicitur cõditio in-
eſſe legato. Primo qñ ineſt etiam quod legatum nõ foret
reſtri-

reſtrictum. Secũdo modo ineſt ſolum ea ratione,quia le-
gatum fuit reſtrictum ad aliquam cauſam,ſeu perſonam
grauatam,exemplum,ubi plures eſſent inſtituti cum Se-
io. in legato nõ reſtricto ad perſonam Sei,ſed indetermi
nate relicto,nõ ineſt iſta conditio,ſi ſeius hæres erit,quia
debetur etiam a cohæredibus.d.l.ſi titio.§.ſi.infra quan-
do dies leg. ced. tamen in legato reſtricto ad perſonam
Sei ineſt dicta conditio, ſi Seius hæres erit.d.l. in condi-
tionibus primum locum.§.primo,& concludunt Barto.&
doct. hic, ut ſupra dictum fuit ſic in legatis ſimpliciter,&
indeterminate relictis in teſtamento, in quo ſit clauſula
codicillaris non ineſt dicta conditio, ſi ex teſtamento,
uel per ſcriptos hæredes adeatur hęreditas, quia ſunt re
petita etiam uenientibus ab inteſtato per dictã clauſulã;
tamen ſi in dicto reſtõ ſunt aliqua legata,quæ nõ fuerint
repetita per dictam clauſulam a uenientibus ab inteſta-
to,quia teſtator uelit illa tantum deberi ex cauſa teſta-
menti, & a ſcriptis hæredibus,in hmói legatis ſic limita
tis,& reſtrictis ad hanc cãm teſtaméti,& ad ſcriptos hęre
des,tacite ineſt iſta conditio,ſi ex teſtaméto uel per ſcri-
ptos hæredes,adeatur hæreditas,erit igitur dicta condi-
tio aliter expreſſa quam in ſit, in legatis ſimpliciter & in
determinate relictis,tam ex cauſa inteſtati,quam ex cau
ſa teſtamenti,& ita procedit, quod dictum fuit ſupra, ui-
delicet, quod per dictam clauſulam intelligatur expreſſa
aliter quam inſit,& ideo operatur,quòd non uideatur re-
petitum illud legatum a uenientibus ad inteſtato per di
ctam clauſulam,& deficiat,non adita hæreditate ex teſta
mento,ſed quod uideatur limitatũ ad cauſam teſtamen-
ti,& ad ſcriptos hęredes,tamen in huiuſmodi legato re-
ſtricto ad cauſam teſtamenti, & non repetito ab inteſta-
to per clauſulam codicillarem , ineſt dicta conditio, ſi ex
teſtamento adeatur hæreditas,& dicetur expreſſa eo mo-
do, quo ineſt in iſto legato limitato ad inſtitutus hære-
des,& ad cauſam teſtamenti,unde ſequitur,quòd non im
pediat tranſmiſſionem,quemadmodum non impedit illa
conditio,ſi ſeius hæres erit, quando legatũ fuit reſtrictum
ad perſonam Sei. & ſi dixeris,quare non impeditur tranſ-
miſſio legati per dictam conditionem,quemadmodum in
eius defectum legatum deficit. Reſpondetur,quòd hęc di
uerſa ſunt, quia in legato nominatim relicto a Seio, ſub
dicta conditione,ſi ſeius hęres erit,in euentũ,quòd titius
non ſit hæres,legatum deficit,& non debetur a cohæredi-
bus.l. celſus, uerſiculo ꝙ ſi alicuius infra titulo primo,&
ſupra dictum fuit,& tamen per dictam conditionem non
impeditur tranſmiſſio,quia eſt expreſſa eo modo,quo in-
eſt in legato limitato ad perſonam Sei. Aut uero preſup-
ponimus aliam opinionem uidelicet, quòd non obſtante
dicta conditione idem legatum cenſeatur repetitum per
clauſulam codicillarem a uenientibus ab inteſtato ſimul
cum alijs diſpoſitis in teſtamento ita quòd legatũ non de
ficiat,quamuis nullus ſit hæres ex teſtamento, quam opi-
nionem,ut ſupra retuli,tenuerunt Are. Alex. Soci. Iaſ.&
plerique Moder. & attenta iſta opinione impoſſibile erit
dicere, quòd per dictam conditionem impediatur tranſ-
miſſio,quia omnino intelligi debet, quòd teſtator non ex
preſſit illa uerba, ſi ex teſtamento adeatur, eo animo ut
faciant conditionem,ſi intelligimus, quòd uelit illud de-
beri ab inteſtato,ubi ex teſtamento non adeatur,uel ſi uo
lumus dicere,ꝙ a principio expreſſerit dicta uerba eo ani
mo ut faciant conditionē,oportet ēt præſupponere,ꝙ uo
luit a dicta conditione recedere,ſi intelligimus,ꝙ ab inte
ſtato,in defectum dicte cõditionis,legatũ repetierit,ut ſu
pra dictum fuit,& propterea ꝙ non poſſit impediri tranſ-
miſſio, nec ꝙ habeat uim conditionis, & quia ēt ꝙ uelle-
mus præſupponere,ꝙ conditio prædicta ēt in caſu iſto fo-
ret expreſſa aliter quã inſit, & ꝙ habeat uim & effectum
conditionis,quãuis admittamus, quòd cenſeatur repetitũ
per clauſulã codic[illa]rẽ ab alijs uenientibus ab inteſtato,
ut præſupponebãt Alex. & alij, tñ ēt hoc attẽto nõ poſſet
per dictam conditionem impediri tranſmiſſio,cũ certum
ſit omni caſu adite hæreditatis legatum debitum iri,quo
caſu,ſecundum diffinitionẽ ſeu regulã labeonis, legatum
ſemp tranſmittitur.l.ſi dies.§.ſi.l.ſi titio.§.primo,uerſicu
lo,& idem infra quãdo dies leg.ced.& ſi dixeris,quòd dif-
finitio labeonis procedit ſolum in caſu, quando iſte con-
ditiones de aditione ſunt expreſſe eo modo quo inſunt,
43 ſed non quando aliter. Reſpondeo,ꝙ iſtud eſt falſum,† &
quòd dicta regula procedit indiſtincte,ut eſt caſus in.d.l.
ſi titiu.§.& idem,nam ibi illa conditio de aditione hęre
ditatis fuit expreſſa aliter quã ineſt,nam fuit dictum,ſi ti
tius hæreditatem meã adierit intra centum dies, centum
Meuio dato,& clarũ eſt,quòd non ineſt quòd titius adeat
intra centum dies,nec pro ſolutione poteſt dici,prout di-
cit Ale.poſt Pau.& Nicolaum de napoli,quòd illa uerba,
intra cẽtum dies,debent referri ad uerbum,dato,& ſic ad
actum diſpoſitiuum,nõ autem ad uerbum,adierit, ſeu ac
ipſam conditionem, & propterea conditio dicetur adhuc
expreſſa,prout tacite ineſt. quia iſta ſolutio nõ poteſt pro
cedere,tum quia attenta iſta expoſitione,tex.ille nullam
haberet dubitationem,ut hic dicebat Rui. tũ etiam quia
deciſio illius tex.eſſet limitanda,caſu quo fuiſſet dictum,
ſi intra centum dies titius adierit, centum Meuio dato,
quia tũc manifeſte patet, quod dicta uerba ſunt relata ad
illud uerbum adierit, & quia attento iſto intellectu tex.
ille nõ congruenter adduxiſſet regulam labeonis ad pro-
bandum, quòd legatum trãſmittatur, cum clarũ ſit,quòd
legatum in diem tranſmittitur.l.ſi poſt diem, ſecundo re
ſponſo.l. ſi dies §. primo infra quando dies leg. ced. Alia
ſolutio Ruin. eſt manifeſte diuinatiua, ideo non refero,
ſed quod magis eſt,aduerte,quia in caſu.d §.& idem,illa
uerba, ſi intra centum dies,non poterant facere conditio
nem,per cuius defectum legatum deficeret,quia nõ poteſt
deficere niſi facto hæredis differentis aditionem ultra il-
los centum dies, cuius intereſt non adimpleri conditio-
nem,quo caſu ſemper habetur conditio pro adimpleta.l.
iure ciuili infra de conditi. & demon.l. ſi poſt.§. item ſi
qua infra quando dies lega. ced. unde uidebatur omnino
dicendum, quòd ſaltem facerent conditionem ad impe-
diendum tranſmiſſionem,& tamen tex. ille decidit,quòd
non faciunt conditionem ad impedimentum tranſmiſſio
nis,per illam rationem, quia probanda eſt dicta regula la
beonis &c.& ideo,ne illa adiectio temporis cenſeatur ſu-
perflua,lex interpretatur,quòd legatum cẽſeatur factum
in diem, probat igitur tex.ille, quòd nunquã capiatur il-
la interpretatio, per unam dicte conditiones de aditione
intelligantur expreſſe ad impediendum tranſmiſſionem,
cõtra regulam labeonis, quãuis ſint expreſſe aliter quam
inſint, & nullo alio reſpectu poſſint habere uim & effe-
ctum conditionis in eo caſu, in quo ſunt expreſſe. Appa-
ret igitur, quòd in iſto primo caſu nullo modo per has
conditiones de aditione hæreditatis,impediri poſſit trãſ
miſſio,quod etiam manifeſtius apparebit ex ijs,quę infra
44 dicam in ſequenti caſu. Alius caſus eſt, † quando duobus,
uel pluribus inſtitutis ſit legatum ab omnibus ſub condi
tione, ſi alter eorum ſit hæres, quo caſu preciſe loquitur
tex. in.d.l. ſi titio.§.fin. & hoc caſu uidetur prima facie ꝙ
ſit admittenda communis opinio, uidelicet quod hęc cõ-
dicio impediat tranſmiſſionem,cum habeat uim cõditio-
nis,ut dicitur in.d.l. ſi titio ad ſi.& non militet regula la-
beonis,non enim eſt omnino certum,quod ſecuta aditio-
ne legatum debeatur, quia non adeunte illo, in cuius per
ſona fuit adſcripta conditio legatum non deberetur,quã-
uis alij adiuiſſent. Ego tamẽ puto,quòd ēt in caſu iſto cõ-
munis opinio non poſſit procedere,& quòd dicta conditio
non impediat diem leg. ced. nec eius tranſmiſſionem per
tex. noſtrum hic,inducendo,ut ſupra dixi, in tex. Secun-
do moueor per tex.in.l. ſi dies.§. ſi.infra quando dies leg.
ced. nam dum tex loquitur indiſtincte, poteſt intelligi in
caſu quo plures ſunt inſtituti,& legatum ab omnibus ſub
condicione,ſub qua unus eſſet inſtitutus & tamẽ uult tex.
abſolute,quòd non impediatur tranſmiſſio,adiecta ratio
ne quia per conditiones hæredum, non fiunt legata incer
ta. Tertio moueor per tex.in.l. aliquando infra de cond.
& demon. Nam ibi præſupponitur eſſe plures hæredes in-
ſtitutos,ut colligitur ex illis uerbis, hæres alius & fuit le
gatum relictum ſub ea conditione ſub qua unus fuit inſti
tutus,& deciditur, quòd legatũ ſit purum quoad tranſmiſ
ſionẽ uel igitur reſtringi debet tex ille ad caſum,quando
legatũ ſit relictũ ſolũ ab illo hærede inſtituto ſub condi-

tione.per quod tamen fieret uiolentia ad illum tex. qui
loquitur generaliter,uel dicendum eſt,quòd ibi ſit caſus
pro iſta opinione contra communem. Quarto quia con-
ditio de aditione hæreditatis retrotrahitur ad tempus
mortis teſtatoris,prout retrotrahitur aditio.l.hærea quã
documque ſupra de acquiren. hæred.igitur ſequitur,quòd
non impedit tranſmiſſionem.conſequentiam patet, quia
ea ratione impeditur tranſmiſſio legati conditionalis,qa
conditio non retrotrahitur,ut dictum fuit ſupra in tex.&
nota. Bar.in.l.ſi is qui pro emptore columna.xviij.ueiſi-
culo ad aliud mihi de facto ſupra de uſucapi. & quoties
acquiſitio legati retrotrahitur ad tempus mortis, prout
in legato ad diem,uel in quo ſit conditio,quę extrinſecus
ueniat,ſemper tranſmitti poteſt.l.ſi poſt diem. §.primo.
&.§.ſi.infra quando dies lega. ced. l.quæ legata. infra de
reg. iuris.l.conditiones quæ extrinſecus,infra de condit.
& demonſtra. & ad ea,quæ in contrarium adducuntur eſt
facilis ſolutio,nam ad primum,quòd hoc caſu ceſſat re-
gula labeonis,quia non eſt omnino certum , legatum de-
bitum iri, quia legatum non deberetur,quando ſolus co-
hæres adiret & non ille qui fuit nominatus in conditio-
45 ne.Reſpondetur,quòd ſenſus† dictæ regulæ non eſt, quòd
requiratur,ut ſit certum debitũ iri omni caſu aditionis,
uidelicet,quocunque tempore, uel per quamuis inſtitu-
tum adeatur hæreditas, ſed quòd ſufficiat eſſe certum de
bitum iri in aliquo caſu aditionis, quæ certo tẽpore, uel
per certum hæredem fiat,iſtud probatur per tex. in.d.l.ſi
titio.§.& idem. ibi enim præſupponitur,quòd licet condi
tio eſſet de aditione intra certum tempus facienda,quòd
tamen non impediretur tranſmiſſio,quia militaret regu-
la labeonis,quamuis non eſſet certum debitum iri omni
caſu aditionis,quia ſi alio tempore adeatur hæreditas,cõ
ditio deficit eodem modo,ſi duobus inſtitutis , ab uno no
minatim legatũ ſit ſub conditione,ſi ipſe hæres erit, hoc
caſu habet locum regula labeonis,& nõ impeditur tranſ-
miſſio,ut ſupra dictũ fuit,& tamen non eſt certũ debitum
iri omni caſu aditionis,uerum ſolum aliquo caſu aditio-
nis uidelicet ſi nominatus in conditione adeat.l.celſus
uerſiculo quod ſi alicuius inf.tit.j & ratio prædictæ regu-
læ labeonis non eſt , quia dictæ conditionis ſint expreſſe
eo modo,quo tacite inſunt ut ſic ceſſet dicta regula,caſu
quo exprimãtur alter quam inſint, nec in aliqua lege hoc
dicitur,ſed ea eſt ratio,quam ſupra dixi in tex.uidelicet,
quĩa conditiones de actione hæreditatis retrotrahuntur
ad tempus mortis.d.l. hæres quandocunque,& etiam con
ditiones,ſub quibus hæredes ſunt inſtituti,retrotrahun-
tur.l quod dicitur ſupra,de teſt.mili. propterea nec con-
ditiones de aditione,nec illæ, ſub quibus hæredes ſunt in
ſtituti,faciunt legatum incertum ſeu conditionale,quo-
ad effectum ut impediant diem le. cedere. et eius tranſ-
miſſionem,prout dicitur in.l.noſtra in.d.l.ſi dies.§.fin. in
d.l.ſi titio.§.primo,& ſequẽti,in.l.aliquando inf.de cond.
& demon. & ratio rationis eſt,ut ſtatim dixi, & latius in
notabilibus quia tunc impeditur tranſmiſſio legati,quan
do eius acquiſitio non retrotrahitur, nec fingi poteſt quæ
ſitum tempore mortis,non obſtat tex.in.d.l. ſi titio.§.ſi-
na.quia reſpondetur, quòd licet ibi dicatur, quòd condi-
tio ualebit,& nõ erit ſuperuacua,non ideo tamen dicitur,
quòd legatũ ſit conditionale quoad tranſmiſſionẽ,iccirco
intelligi debet,quòd ualebit conditio quoad effectum,ut
deficiente conditione legatum pro portionibus cohære-
dum deficiat. Ad aliud,uidelicet,quod ſi conditio de adi
tione in caſu prædicto facit conditionẽ in legato,quòd in
conſequentiam impedit tranſmiſſionem.d.l. unica.§. fin
autẽ ſub conditione,patet ſolutio ex ijs,quę ſupra dixi in
tex.ibi declaratum fuit,quòd ad effectũ, ut p cõditionem
impediatur tranſmiſſio,requiritur, q per conditionẽ non
ſolum ſuſpendatur effectus legati uidelicet actio & obli-
gatio,ſed etiam ipſa diſpoſitio,ut ante euentum conditio
nis non dicatur eſſe legatum , ſed ſit conditionale quoad
diſpoſitionem non autem ſufficit , quòd conditio ſolũ ſu-
ſpẽdat actionem & obligationem,& quòd faciat legatum
conditionalem ſolum quoad actionem & obligationem,
46 unde cum conditio de aditione hæreditatis † & aliæ, ſub
quibus hæredes ſunt inſtituti , non ſuſpendat niſi actio,

& oblig.& ſolum faciant legatum conditionale quoad a-
ctionem & obligationem,non quoad diſpoſitionem,quæ
illam non ſuſpendunt,ſequitur,quod non impediãt tranſ
miſſionem,& diem legati cedere,dices tu,quæ eſt ratio,
quòd non ſuſpendunt diſpoſitionem,& non faciunt lega
tum conditionale quoad diſpoſitionem,prout aliæ condi
tiones uoluntariæ,reſpondetur, quòd ex quo aditio hære
dis retrotrahitur ad tempus mortis.d.l.hæres quandocun
que,& ſimiliter cõditiones adiectæ inſtitutioni. d.l.quod
dicitur,iccirco cum teſtator adiecerit illas cõditiones le-
gatis,præſumitur uelle,quòd retrotrahantur prout eſt de
natura ipſarum,& prout retrotrahũtur in inſtitutione,ic-
circo in conſequentiã præſumitur, quòd non uelit per il-
las conditiones ſuſpendere diſpoſitionem legati, & impe
dire quin legatum incipiat eſſe ante euentum cõditionis,
quia aliter non poſſet legatũ retrotrahi, ad tẽpus mortis
non enim poſſunt effectus legati retrotrahi, niſi ad tẽpus
quo incipit eſſe legatum,cũ ſit impoſſibile,quòd cenſean-
tur cauſati,antequã ipſa legati diſpoſitio incipiat eſſe,ef
fectus enim eſſe non poteſt ante cãm.l.manumiſſiones ſu-
pra de iuſt.& iure.l.huiuſmodi.inf.quando dies lega.ced.
& ut dixi ſup. in tex. generaliter uerum eſt in quacunque
materia,& diſpoſitione, tam ultimarũ uoluntatum quam
contractum,quòd ubi conditio retrotrahitur,quòd nõ im
pedit tranſmiſſionem , nec facit diſpoſitionem eſſe in ſu-
ſpenſo,ſed tantummodo facit conditionem,quoad actio-
nem & obligationem,& hac ratione in tex.noſtro genera
liter deciditur quòd iſtæ conditiones de aditione hæredi
tatis non faciunt legatum conditionale, uidelicet quoad
diſpoſitionẽ quin ſtatim dies legati cedat & poſſit tranſ-
mitti,& nulla facta diſtinctione,an exprimãtur eo modo,
quo inſunt,uel aliter,concludendum igitur eſt,quòd nul-
lo caſu conditio de aditione hæreditatis, & conditiones,
ſub quibus facta fuit inſtitutio , adiectæ legatis impediãt
tranſmiſſionem.quamuis ſint expreſſe aliter quam inſunt
& quòd deciſio legis noſtræ, & concordãtium generaliter
& indiſtincte procedat, nec opus eſt reſtringere iſtas om-
nes leges.ut non procedant,quando dictæ conditiones fo-
rent aliter expreſſe, propter tex.in.d.l. ſi titio.§.fin. quia
aliud illum eſt probabilis ſolutio, ut ſupra dixi , nec opor-
tet per illum text. tot leges limitare , & a prædictis ra-
tionibus recedere.

Sed pro complemẽto,ultra doct. de duobus dubitatur,
47 primo an conditio , ſub qua facta fuit inſtitutio, † adiecta
legatis,quamuis non impediat tranſmiſſionem.d.l.ſi dies
.§.fi.d.l.aliquando,an tamen faciat conditionem in lega-
tis, quoad effectũ ut non debeatur deficiente conditione,
exemplũ,teſtator inſtituit titiũ ſub conditione,& ſibi ſub
ſtituit,deinde legauit Meuio ſub illa conditione, ſub qua
inſtituit titium , ſi dicta cõditio non eſſet adiecta legato,
illud fuiſſet debitum a ſubſtituto,ubi titius non fuiſſet hę
res , quia non extitiſſet conditio , ſub qua fuit inſtitutus
nunc dubitatur , an ex quo dicta conditio fuit adiecta le-
gato,operetur, quòd in eius defectum legatũ non debea-
tur a ſubſtituto illius titij , prima facie uideretur dicen-
dũ,quòd conditio prædicta in legato nihil operetur, quia
requiritur,ut legatum poſſit deberi ab inſtituto.prout te-
ſtator diſpoſuit, igitur dicetur expreſſa , prout tacite in-
eſt,non eo animo ut faciat conditionem, per ea que ſupra
dicta ſunt in conditione de aditione hæreditatis, & quia
in.d.l.ſi dies in fin.& in.d.l.aliqñ manifeſte dicitur, quòd
dicta cõditio nõ facit legatum cõditionale,& nõ multum
diſtat ab illa,ſi hæres erit, in oppoſitum facit, quia dicta
cõditio in alia parte teſtamẽti fuit expreſſa eo animo ut
faceret conditionem, in cuius defectum inſtitutio defice-
ret,propterea cenſeri debet repetita in legato, eo animo
ut faciat conditionem,in cuius defectũ legatũ nõ debea-
tur,quia una pars teſtamẽti declarat aliam.l. qui filiabus
in prin.l.ſi ſeruus plurium in fi.inf. [illegible] & quia dictã con
ditio in legatis debet cenſeri repetita cum omnibus ſuis
qualitatibus.l. in repetendis , & quod ibi no. infra de le-
ga.iij.glo.in.c.p.& g. in glo. magna de officio de leg. Ac-
cedit,quia tex.in.d.l.ſi dies in fi.preſupponit,quòd ſit ali
qua differentia inter conditionem inſtitutionis,& illam,
ſi hæres erit,dum dicit, non multum intereſt inter unã &
alte-

xlteram, uerum cũ non poſſit eſſe differentia quoad tranſ
miſſionem, quia in hoc deciditur idem in utraque, ſequi-
tur, quòd differatia ſit in iſto uidelicet, quix illa, ſi hæres
erit, non dicitur expreſſa eo xnimo ut faciat conditionẽ,
in cuius defectum legatum nou debeatur, ſed aliud ſit in
conditioue, ſub qua facta fuit iuſtitutio adiecta legato,
nam ſi idem eſſet quoad hoc in utraque, nulla eſſet diffe-
rentia inter unam & alteram conditiouem, cuius oppoſi
tum præſupponit tex. ille. Poſtremo facit, quia conditio
aditionis, iccirco non cenſetur xdiecta pro conditione,
quia cenſeri poteſt adiecta propter aliud, uidelicet ad de
notandum tempus, quando legatũ debeatur, ita dicit tex.
in.d.l.in conditionibus, §.j. infrx de cond.& demon.& præ
ſupponunt gloſſ. & Bar. in.j. oppoſitio, dum exponunt, ſi,
pro quia, facit tex. in.l.muto. §. ſub conditione ſupra de
tutellis, dum dicit, quòd illa conditio, ſi ſatisdederis uide
tur adiecta ad quandam admonitionem, ſed cum cõditio
inſtitutionis non poſſit cenſeri adiecta legato ad deno-
tandum aliud quam conditionem, igitur cenſeri debet
adiecta eo animo, ut faciat conditionem, non enim poteſt
denotare tempus, quando legatum debeatur, quia tunc
cum exiſtit conditio, non debetur legatum, ſed requiri-
tur quòd poſt ſubſequatur aditio. quid dicendum? Ego te
neo iſtam ſecundam opinionem, quòd prædicta conditio
faciat conditionem, in cuius defectum legatũ non debea-
tur, & ad id quod dicebatur, quòd expreſſio huius cõditio
nis nihil debet operari quix tacite ineſt, reſpondetur duo
bus modis, primo quòd nõ procedat, quando eadem con-
ditio fuit in alia parte teſtamenti expreſſa, tanquam uo-
luntaria pro conditione, quia eo modo diceretur repetita
in legato, cui fuit adiecta, ut eſt in caſu noſtro, per ea quę
ſupra dicta ſunt. Secũdo Reſpõdetur, quòd procedit quan
do illa expreſſio cenſeri poteſt facta, ad denotandum ali-
quid aliud, quam conditionem, puta, tempus, uel cãm le-
gati, uel aliquam admonitionem, ut dictum fuit ſupra ſe-
cus ubi patet quòd non potuit cenſeri facta ob aliud, quã
pro conditione, quia tunc præſumitur adiecta pro con-
ditione ut in caſu noſtro. Ad tex. in.d.l. ſi dies & in.d.l.
aliquando reſpondetur, quod loquuntur de tranſmiſſio-
ne, & quoad iſtum effectum equiparantur conditio, ſub
qua fuit facta inſtitutio, & conditio aditionis quia neu-
tra ipſarum impedit tranſmiſſionem legati, ut ſupra di
ctum fuit, ſed in dictis legibus non uegatur quin diffe-
runt quoad effectum, ut legatum non debeatur deficien
te condiſione.

48 Secundo dubitatur,† an ſi legatum ſit factum titio, ſub
conditione, & titius ſit grauatus dare Seio, ſub eadẽ con-
ditione, an fideicommiſſum Sei ſit conditionale, ut eo de-
cedente ante euentum conditionis tranſmitti non poſ-
ſit, prima facie uidetur dicendum, quod uon ſit conditio-
nale quoad trauſmiſſionem, quia dicta conditio tacite in
eſt in fideicom. non enim poteſt deberi fideicommiſſum
a titio, prout teſtator diſpoſuit, niſi exiſtat dicta condi-
tio, ſub qua titio fuit legatum.l.ab eo.C.de fideicommiſ.
Secundo, quia ſicut conditio inſtitutionis adiecta legato
relicto ab inſtituto nou iimpedit tranſmiſſionem. d.l. ſi
dies.§.fin.d.l.aliquando, ſimiliter nec etiam conditio le-
gati adiecta fideicommiſſum relicto a legatario, nam hi
duo caſus pariſicantur.l. cum ſine præfinitione.§. cum ab
eo infra quando dies leg.ced. pro cõtraria opinione, quod
iſtud fideicommiſſum ſit conditionale, & tranſmitti non
poſſit, facit, quia eadem conditio fuit appoſita legato, re-
licto illi titio, tanquam uoluntaria, ut faciat illud con-
ditionale quoad tranſmiſſionem, iccirco cenſeri debet re
petita in hoc fideicomm. eo animo ut faciat illud condi-
tionale, quia cenſeri debet repetita cum ſuis qualitati-
bus.d.l. in repetendis infra de leg.iij. & quia interpeta-
tio ſumi debet, quòd ſit adiecta pro conditione uolunta-
ria in illo fideicommiſſo, prout in dicto legato.d.l. qui fi-
liabus in principio.d.l. ſi ſeruus plurium.§ fin. infra eo.
Secundo facit, quia rationes quæ militant in conditione
inſtitutionis adiecta legato, ceſſant in conditione legati
adiecta fideicommiſſo relicto a legatario, quia in condi-
tione inſtitutionis ſunt illę rationes, quia certum eſt
hærede exiſtente debitum iri, & quia per conditionem
hæredum non fiunt legata incerta.d.l. ſi dies.§. fina. quæ
rationes nullo modo conueniunt fideicommiſſo relicto a
legatario ſub illa conditione ſub qua legatum fuit, tanto
magis, quòd in conditione, ſub qua facta fuit inſtitutio, eſt
illa ratio, quòd retrotrahitur & propterea non impedit
tranſmiſſionem, ut ſupra dictum fuit, ſed iſta ratio ceſſat
in conditione legati, quia non retrotrahitur, iccirco adie
cta fideicommiſſo relicto a legatario impedit tranſmiſ-
ſiouem. quid concludendum? Ego amplector iſtam ſecun
dam opiuionem, & ad rationes in oppoſitum eſt facilis ſo
lutio, & ad primum dico, quod non eſt uerum, quòd hæc
conditio ſit expreſſa eo modo, quo tacite ineſt, quinim-
mo intelligitur expreſſa eo animo ut faciat cõditionem,
prout fuit expreſſa in alia parte teſtamenti.d.l. qui filia-
bus in prin.d.l. ſi ſeruus plurium.§. fi. Ad aliud de.l. ſi dies
§.fi. iuncta.d.l.cum ſine præfinitione.§.cum ab eo, eſt ſo-
lutio, quòd uerum eſt, quòd fideicõmiſſum relictum a le-
gatario, cui legatum fuit ſub conditione, cẽſetur purum,
non obſtante quòd ſub intelligatur tacite iu fideicom-
miſſo dicta conditio, & hoc caſu æquiparatur legato reli-
cto ab hærede, inſtituto ſub conditione, & in his terminis
loquitur tex.in.d.§.cum ab eo, ſed nego quòd fideicomiſ-
ſum intelligatur purum, quando expreſſum fuit adiecta
conditio, quę fuit appoſita legato, & quòd hoc caſu ſit idẽ
prout quando conditio, ſub qua fuit facta inſtitutio, ex-
preſſim adiicitur legato nec hoc dicitur in tex. illo, quin-
immo eſt manifeſta ratio diuerſitatis, ex quo conditio in
ſtitutionis quamuis intelligatur expreſſa in legato, aliter
quam tacite inſit, tamen iccirco non impedit tranſmiſſio
nem, quia retrotrahitur, ut ſuprx dictum fuit, quæ ratio
ceſſat in conditione legati adiecta fideicommiſſo relicto
a legatario. ita puto concludendum circa has duas dubi-
tationes quamuis ceteri non txngant.

Extra glo. Bar.in.iiij.&.v.opp. mouet duas difficulta-
tes, prima eſt, quare, cum in exhereditatione filij inſit iſta
conditio, quòd, adeatur hæreditas.l.filium.§. ſed cum ex-
hæredatio infra de cõtra tabulas, ſi exprimatur dicta con
48 ditio in exhæredatione,† non intelligitur expreſſa eo mo
do quo txcite ineſt, ſed eo animo ut faciat conditionem,
quamuis per hoc uitietur exheredatio & teſtamentum.l.
iij.§. filius ſuprà de lib. & poſth. circa hanc difficultatem
laborant omnes docto. poſt Bar.& aſſignantur diuerſæ ra-
tiones, prima fuit Dini. quod ibi ſit ſpeciale, ſed hanc re
probat Bar. quia non aſſignatur ratio ſpecialitatis, ut hic
per eum, eſt uerum quod Imo.in.l. centeſimia. §.fi. infra
de uer.obli.& Alex.in.d.§.filius dicunt rationem ſpecia-
litatis eſſe, propter odium exhæredationis, ſed iſta ratio,
non poteſt defendi, propter duo, primo quia in.d.§. filius
non ponderatur hæc ratio ſed alia, uidelicet, quia uoluit
teſtator illum ſubmoneri poſt aditã hæreditatem, quod
eſt impoſſibile, ſecũdo quia ex oppoſito militat fauor con
ſeruationis teſtamẽti, qui præpõderat odio exhęredatio-
nis, ut conſeruetur teſtamentum, ſumitur interpretatio,
quòd ſub ſimplicibus contineatur caſus mixtus.l. ſi ita fa
cta ſupra de iniuſto rup. & irrito teſta. per quem tex. ita
not. Pau.& Alex.in.l.ij. in princ. infra de uer.obli. aliam
rationem aſſignat Bar. hic, poſt Petrum, & ſequuntur ma
gis communiter doct. quòd ratio ſit, quia apparet, ꝙ fuit
expreſſa conditio per alium modum, nam cum exhæreda
tio operetur unũ effectũ ante aditionẽ hæreditatis, uideli
cet quòd hæres iuſtitutus nõ impeditur adire per filiũ ex
hæredatũ, alios uero effectus, de quibus in.d.§. ſed cũ ex-
hæredatio, conſequitur poſt aditionem hæreditatis, ubi
adiicitur dicta conditio, quiſquis mihi hæres erit, ad hoc
ut ante aditionem filius non ſit exhæredatus, propterea
dicetur adiecta alio modo quam inſit, & iccirco impedi-
tur hæres adire, quia ante aditionẽ non eſt exhæredatus
ſed præteritus, hæc ratio Bar.& oĩs patitur xliquas diffi
cultates, quas doct. non bene reſoluunt, prima eſt, quia ẽt
legatum operatur aliquos effectus ante aditiouem, uide-
licet translationem dominij. l. a titio infra de furtis, &
tranſmiſſionem, toto tit. inf. quando dies leg.ced. & tamẽ
hoc non obſtante, hæc conditio, quiſquis mihi hæres erit,
adiecta legato intelligitur expreſſa eo modo, quo tacite
ineſt, & nihil operatur, ita arguunt Cum.& Alex. hic, ſed

ad iſtud eſt ſolutio, ſecundum Rui. hic, & bene, quia dicti
effectus tranſlationis dominij, & tranſmiſſionis non cau-
ſantur vere ex legato ante aditionẽ, ſed ſolum ficte, quia
ſecuta aditione uere transfertur dominium, & fingitur re
tro tranſlatum dominium, & tranſmiſſum legatum ante
aditionem l. ſi tibi homo §. cum ſeruus inſ. eo. diximus in
l. prima ſupra eo. Secunda eſt difficultas, quia datio tu-
telle operatur aliquos effectus ante ſatiſdationem, quia
tutor conſtituitur l. j. C. de tuto. & cura. qui non ſatiſdede
runt, & ſolum impeditur adminiſtratio, & tamen hoc non
obſtante, illa conditio, ſi ſatiſdederit, dicetur expreſſa eo
modo, quo ineſt in datione tutelle, videlicet ſolum ad im
pediendum adminiſtrationem l. muto §. ſi ſub conditio-
ne ſupra de tutell. Huic difficultati reſpondet Imol. in l.
ſi ita expreſſim inſra de cond. & demon. quod eſt ſpeciale
in ea conditione, ſi ſatiſdederit, & ratio ſpecialitatis eſt,
quia ineſt ad cautellam, iccirco ſemper intelligitur ex-
preſſa eo modo, quo ineſt, ſed hæc ſolutio nõ eſt tuta, quia
non apparet ratio diuerſitatis inter conditionem. quæ
ineſt ad cautellam & aliam conditionem, quæ ineſt prop-
ter aliud, vnde quia ad hue militat prædictu obiectio con
tra rationem Bar. & communem. propterea plerique doct.
recedunt a dicta ratione, & alias aſſignant, nam Cuma. &
Alex. hic dicunt, quod ratio quare in d. §. filius cenſeatur
expreſſa conditio alio modo quam tacite inſit in exhære
dationem, ſit, ex quo fuit adiecta verbo diſpoſitiuo ſed in
l. noſtra, & alijs concordantibus, conditio, quiſquis hæres
erit, fuit adiecta verbo executiuo, ex qua ratione inferũt,
quod deciſio legis noſtræ & concordantium procedit, vbi
dictum eſſet, quiſquis mihi hæres erit, dato, quia tunc eſ-
ſet adiecta verbo executiuo, ſecus ſi dictum eſſet, quiſquis
mihi hæres erit, lego, quia tunc diceretur expreſſa per
alium modum, ex quo fuit adiecta verbo diſpoſitiuo, ſed
hanc rationem reprobant Soci. & communiter Moder. ex
quo videtur eſſe contra mentem legis noſtræ, & l. ſi titio
§. primo infra quando dies lega. ced. vt hic per eos. quid
dicendum? dico quod ratio Bar. & communis eſt optima
ſi recte intelligatur, nam ſciendum eſt, quod exhæredatio
cauſat omnes effectus ſuos ante aditionem, effectus enim
50 exhæredationis † eſt, quod impedit deferri hæreditatem
filio ex cauſa inteſtati, & quod per filium non impeditur,
quo minus hæreditas deferatur inſtituto ex cauſa teſta-
menti, vt per eum poſſit adiri, & hi omnes effectus cauſan
tur ante aditionem, ſunt modo aliqui alij effectus videli-
cet, quod filius excludatur a contra tabulas bonorum poſ
ſeſſione liberti paterni, vt dicitur in d. §. ſed cum exhære-
datio, ſed iſti effectus non cauſantur immediate ab exhæ
redatione, ſed veniunt conſecutiue, ex quo filius eſt exhæ-
redatis, & hoc eſt, quod voluit dicere Barto. dum dixit, quod
exhæredatio cauſat vnum effectum ante aditionem, alios
vero conſequitur poſt aditam hæreditatem, ſenſus enim
horum verborum eſt, quod exhæredatio operatur iſtum
effectum, quod inſtitutus non impediatur adire propter
filium, & iſtum ſolum effectum operatur, alij vero effe-
ctus non cauſantur ab exhæredatione, ſed illos conſequi-
tur exhæredatio poſt aditam hæreditatem, hoc eſt veniũt
in conſequentiam. ex quo exhæredatus non eſt hæres. ex
hoc igitur ſequitur, quod dicta conditio, quiſquis mihi
hæres erit, non ineſt exhæredationi, quia exhæredatio
cauſat omnes effectus ſuos ante aditionem, ſed ineſt, vel
ad confirmandum effectus cauſatos ex ipſa exhæredatio-
ne, vbi exiſtat, vel ad reſoluendum, vbi deficiat, & ideo
dum exprimitur in exhæredatione, cui non ineſt, dicetur
expreſſa per alium modum, quia prius tacite inerat ſo-
lum in comprobatione, vel reſolutione exhæredationis,
& exprimitur in exhæredatione, dices tu, non ne ſi ineſt
circa reſolutionem, vel confirmationem, debet dici ineſſe
exhæredationi? Reſpondeo quod non, quia conditio
51 † appoſita ad reſolutionem contractus non facit contra-
ctum conditionalem l. ij. ſupra de in diem additio. & hoc
modo declarando, procedit ratio Bar. & communis. Nec
ob. quod dicitur de illa conditione, ſi ſatiſdederis d. l.
muto. §. ſi ſub conditione, ex quo ſolutio eſt clara, quia
cum dicta conditio impediat aliquos effectus cauſandos
ex datione tutelle, videlicet conceſſionem, ſeu acquiſitio

nem adminiſtrationis, iccirco dicitur tacite ineſſe datio-
ni, & propterea cenſetur expreſſa in datione eo modo quo
ineſt, ſed illa, quiſquis mihi heres erit, non ineſt exhære-
dationi, non enim impedit aliquos effectus cauſandos ab
exhæredatione, ſed ſolum ineſt ad confirmandum vel re-
ſoluendum exheredationem. Predicta fuerunt de men-
te Bar. vt ſtatim dixi, & clarius colligitur ex eo, quod ſta
tim ſubdit, videlicet ſed quando dicit, quiſquis mihi hæ-
res erit, iam non eſt exheredatus, nam hec verba præſup-
ponunt, quod non adiecta d. conditione ſit exheredatus ante
aditionem, & exheredatio cauſarit effectus ſuos, & non di
catur dicta cõditio ineſſe, exhæredationi, ſed reſolutioni.
52 Secunda eſt difficultas, quam mouet Bar. † quare ſit quod
cum in quolibet legato tacite inſit illa conditio ſi legata
rius uolet, ſi tamen exprimatur, non intelligetur expreſ-
ſa, prout tacite ineſt, ſed alio modo, & facit legatum con-
ditionale l. ſi ita §. illi ſi vo. et inſ. eod. Huic difficultati re
ſpondet Bar. quod iſta conditio, ſi nolet, nõ ineſt legato, quia
acquiritur legatario antequam uelit, puta, ſi ſit ignorans
l. cum pater § ſurdo infra tit. j. hæc ſolutio Bar. prima fa-
cie videtur falſa, quia dicta conditio dicitur ineſſe lega-
to, vt dicitur in d. § illi ſi uolet, ibi, ſi quid tacite contine
tur, maxime quia negari nõ poteſt, quin inſit ſaltẽ quoad
acquiſitionem irreuocabilem l. ſi quis ita hæreditate ſu-
pra de conditio. inſt. propterea Imol. in d. l. ſi ita expreſ-
ſim & Alex. in l. huiuſmodi in prin. infra eo. intelligunt
mentem Bart. fuiſſe, quod in d. §. illi ſi uolet, conditio ſit
expreſſa per alium modum, quia ineſt ſolum de neceſſita
te quoad acquiſitionem irreuocabilem, & tamen fuit re-
lata etiam ad acquiſitionem reuocabilem, cui nullo mo-
do ineſt d. l. cum pater §. ſurdo. ſed non eſt verum, quod
intentio Bar. fuerit iſta, quia ſimpliciter dicit, quod dicta
conditio non ineſt legato, & dicta ſolutio, prædicto mo-
do declarata, non tolleret contrarium, quia ſi aliquo mo-
do ineſſet, quare non intelligeretur expreſſa per eum mo-
dum, vt in lege noſtra, & in d. l. conditionibus primum lo-
cum §. j. & in d. l. muto §. j. tanto magis, quia hec preſump
tio, quod in dubio dicatur conditio expreſſa per eum mo-
dum, attenditur, quamuis propter id diuerſo iure cenſere-
tur d. l. ſi titio in fi. infra quando dies leg. ced. Dic igitur
53 prout voluit dicere Bar. quod iſta conditio, ſi volet, † non
ineſt legato, quia ante euentum conditionis, & declara-
tionis voluntatis legatarij, legatum operatur omnes effe-
ctus ſuos d. l. cum pater §. ſurdo & ſolum ineſt dicta condi
tio ad confirmandum effectus cauſatos ex legato, vbi exi-
ſtat, uel ad reſoluendum vbi deficiat, & ideo non facit le-
gatum conditionale ſub dicta conditione tacita, ſed reſol
uendum in defectum dictę conditionis tacite, & iccirco,
dum exprimitur in legato, cui non ineſt operatur. Nec ob-
ſtat id quod dicebatur, quod ſaltem ineſt quoad acquiſi-
tionem irreuocabilem, quia iſtud eſt falſum, nam quod
acquiſitio fiat irreuocabilis, non eſt effectus, qui cauſetur
ex legato, ſed ex voluntate ipſius legatarij, non obſtat quod
tex. in d. §. illi ſi vulet, dicit quod tacite continetur, quia
reſpondeo, quod intelligi debet vt dixi videlicet quod
continetur, non tanquam conditio, quę inſit legato, ſed
per quam confirmantur effectus cauſati ex legato, ſi exi-
ſtat dicta conditio, & in eius defectũ reſoluantur. non ob-
ſtat, ſi diceres, quod in legato quantitatis, ſeu rei alienę,
dicta conditio dicatur ineſſe legato, quia tunc non acqui
ritur res legata, niſi facto hæredis per traditionem, vt di-
ctum fuit in l. j. ſupra eo. et ideo requiritur voluntas lega
tarij, ad hoc vt legatum operetur dictam acquiſitionem,
et tamen etiam in dicto caſu eadem conditio, ſi volet, fa-
cit legatũ conditionale, et cenſetur expreſſa aliter quam
inſit, vt uidentur uelle docto. in d. §. illi ſi volet, ut ibi re-
fert Iaſ. Nam reſpondetur, quod in legato quantitatis et
rei alienę, non dicimus dominium rei acquiri ex legato,
ſed ſolum actionem perſonalem, vt dictum fuit ſup. eo. l.
j. et hic effectus acquiſitionis cauſatur ipſo iure, antequã
legatarius velit, acquiſitio vero dominij in caſu prędicto
non cauſatur ex legato ſed ex traditione, et facto grauati
heredis, iccirco nedum in caſu prędicto illa conditio di-
cetur ineſſe legato, quia non poteſt ſuſpendere aliquem
effectum cauſandum ex legato.

Mouet

Mouet ét Iaſ. hic poſt Bal. Imo. & Cum aliam difficul-
taté quare cõditiones, quæ tacite inſunt in acceptilatione
55 obligationis cõditionalis.† ſi exprimantur, non cenſentur
expreſſe prout inſunt, ſed aliter, & ió uitiant actũ. l. actus
legitimi inf. de reg. iu. & rñdet, q icrirco expreſſio tacite
conditionis in actibus legitimis vitiat, quia inducit vitiũ
formę, hæc ſolutio non eſt bona, quia ſi in d. l. actus legiti
mi intelligeretur expreſſa conditio eo modo, quo ineſt,
non induceret vitium formę, & vbi apponeretur dictio, ſi,
pro quia, vt in. d. l. muto. ſ. ſub conditione & prout gl. &
Bart. exponunt in. l. noſtra, prout ét exponitur in c. ſignifi
caſti, el pri. & quod ibi Abb. poſt gl. not. de electio. vnde
pro ſolutio. huius difficultatis dicendum eſt, prout ſtatim
dictum fuit ſup. q vbi fit acceptilatio obligationis condi
tionalis, conditio obligationis non ineſt acceptilationi,
vt impediat cauſari aliquos effectus ex ipſa acceptilatio
ne ſed venit ſolũ ad confirmandum liberationem cauſa-
tam ex ipſa acceptilatione, vbi exiſtat, vel ad ſoluendum
liberationem ex cã acceptilationis, vbi deficiat, declaro,
ante euentum conditionis debitor dicitur obligatus gl.
& cõiter doc. in. l. j. in verſ. mox ſup. ſi cert. pet. l. is cui inf.
de actio. & obli. l. vſusfructus infra de ſtipul. ſeruo. l. ſicut.
C. de actio. & oblig. & ante euentum conditionis accepti-
latio liberat dicta oblig. & operatur effectum liberatio-
nis, exiſtentia igitur dictę conditionis operatur, quòd cõ
firmabitur liberatio ex cauſa dictę acceptilationis, vt de
bitor videatur liberatus per acceptilationem. defectus ve
ro conditionis cauſat, quod non dicatur liberatus per ac
cepeilationem, ſed per defectum conditionis, & ió dice-
tur ſolum ineſſe ad confirmationem. vel reſolutionem ac
cepilationis, non ipſi acceptilationi, & hac ratione dum
exprimitur in accepeilatione, cui non ineſt, operatur, vt
illa acceptilatio dicatur facta ſub conditione, & ppea ui
tietur, Si vero contra prædicta iterum oppones, quia illa
conditio, ſi legatarius cauerit, de adimplendo modum,
non ineſt legato, non. n. ſuſpendit effectus legati, quia an
tequam præſtetur dicta cautio, acquiritur actio legata-
rio. l. ſi cui & l. cum ex teſtõ inf. de fidei com. liber ſolum
ineſt ad remouendum, ne poſſit legatarios repellere ex-
ceptione, & tñ ſi exprimatur, intelligitur expreſſa eo mo
do, quo ineſt, & non facie legatum conditionale. l. huiuſ-
modi in prin. inf. eo & ibi Bar. no. l. quibus diebus. ſ. termi
nus, & ibi Bartol. col. 3. verſ. 2. principaliter quæro inf. de
cõd. & demon. ergo pdicta ſolutio non eſt bona, videlicet
quòd dicatur conditio expreſſe alio modo, ex quo non di
catur ineſſe legato, dum non impedit effectus ipſius, quã
do eſt tacita, & ſolum dicatur tacite ineſſe ad confirman
dum, vel reſoluendum effectus cauſatos, nec poſſumus di
cere prout dicebat Imol. in. d. l. ſi ita expreſſum videlicet
quód ſit ſpeciale in hac conditione, ſi ſatiſdederis, quia
requiritur ad cautellam, nam hęc reſponſio ſup. fuit re-
probata quia diuerſificat caſus, & non aſſignat rationem
diuerſitatis pro ſolutione aduertendum eſt, quod illa cõ
ditio, ſi ſatiſdederis de adimplẽdo modũ, eſt de eo, de quo
diſpoſitiue legatarius eſt grauatus. l. i. & per totum titu-
lum. C. de iis quę ſub modo, & ppea debet regulari dicta
conditio ſecundum naturã modi quia concluſio eſt, quod
56 conditio de eo, quod eſt in diſpoſitione regulatur, † & in-
telligitur ſecundum naturam diſpoſitionis nam tranſit
ad hæredes, prout tranſit diſpoſitio Bar. & cõiter doc. in. l.
ſi decem cum petiero inf. de ver. obli. Sal. in. l. ſi plures. C.
de cond. inſt. & præſtando id quod eſt diſpõne, dicitur cõ-
ditio adimpleri inſolidum l. plautius. verſi. diuerſum inf.
de cõd. & demon. & late declaraui i rub. ſup. ſol. matr. ſed
in. d. ſ. ſi filius, & d. ſ. illi ſi volet, & d. l. actus legitimi cõ
ditio illa nõ ē de qua qs diſpoſitiue obligatus ſit, ió dice-
57 tur expreſſa aliter quã inſit, vt ſup. dictũ fuit dũ igiẽ pquęri
mus an cõdõ dicaẽ expreſſa eo mõ quo tacite ineſt, fac cõ-
cluſionẽ, videlicet, q regulariter intelligetur expreſſa eo
mõ, p tex. aſm hic, & in. d. l. muto. ſ. i. cũ concordantibus.
Ampliatur quãuis intelligẽdo eo mõ quo tacite ineſt,
diuerſimode intelligeretur. caſus eſt in l. ſi titio ſ. ſi. inf.
qñ dies leg. ced. dicetur aũt tacite ineſſe conditio duplici
mõ, vel qñ requiritur præciſe, vt valeat diſpõ vel quando
ſaltem requiritur, vt valeat eo mõ quo teſtator diſpoſuit.

Iſta cõcluſio limitatur, qñ cenſeri non põt dicta condõ
expreſſa propter aliud, quam ad denotandum condõnem
voluntariam, ita probat tex. in. d. l. in condõnibus ſ. j. & d.
l. muto ſ. ſub condõne à contrario ſenſu. limitatur ſecun-
do, quando dicta cõditio in alia parte teſti fuiſſet expreſſa
pro condõne voluntaria, quia etiam in legato, cui ineſt ta
cite, dicetur expreſſa, ſeu repetita cum ſuis qualitatibus,
& eo aĩo vt faciat conditionem l. qui filiabus in prin. l. ſi
ſeruus plurium in ſi. inf. eo. l. in repetendis, & quod ibi no.
inf. de leg. 2. & per ea quæ ſup. dixi. Limitatur tertio
quando conditio tacita non ineſt, vt impediat aliquos effe
ctus cauſari ex diſpoſitione, ſed ſolum ad confirmandum
vel reſoluendum effectus iam cauſatos ex ipſa diſpõne, nã
tunc ſi exprimitur in diſpõne, dicetur expreſſa alio modo,
ita pcedit tex. in d. l. 3. ſ. ſi filius ſup. de lib. & poſth. & in l.
ſi ita relictũ ſ. illi ſi volet. & in d. l. actus legitimi, & ita vo
luit Bar. hic vt ſup. declaraui, hęc ſi limitatio non pcedit,
qñ quis diſpoſitiue tenetur ad id, quod eſt in conditione
tacita, quia ſemper intelligitur expreſſa eo mõ, quo taci-
te ineſt, quamuis inſit ad confirmandum ſeu reſoluendum
effectus diſpõnis, ita pcedit quod dicitur de illa condõne,
ſi legatarius cauerit de adimplendo modum, vt ſup. dixi,
ſic procedit quod dicebat Inno. in c. prudentia de off. dele.
quem referunt, & ſequuntur Aret. & alij hic, quod qñ cõ-
mittitur ticium cõdẽnari in centũ ſempronio expreſſa
condõne. ſi ille probauerit, quod talis expreſsio nihil ope
ratur, nam licet dicta condõ non inſit aliquo modo in ſen
tentia, quia ét nullis factis probationibus valeret, vt per
Bar. in l. prolatam C. de ſententiis, ſed ſolum ineſt, quia il
la exiſtente, ſnia foret confirmanda, & illa deficiente, re-
ſcindenda in cã appellationis, tñ quia eſt de eo, de quo te-
netur iudex, cui commiſſa eſt cã, videlicet, iudicare ſecun
dum allegata, & probata l. illicitas ſ. veritas ſup. de offici
præſidis, propterea intelligitur eo modo, quo iudex ipſe
obligatur facere, ſic ét, quia illa condõ, ſi inueneris eũ ido
neũ, adiecta in mãdato de conferendo alicui beneficium,
dicetur expreſſa eo modo, quo tacite ineſt, quamuis non
inſit collationi, ſed magis ad confirmandum vel ad reſol-
uendum collationem, ſi ſit facta indigno, vt per Abb. in c.
ſi. de preſumptio. rõ eſt, quia tenetur e accuſor conferre
idoneo, & ideo intelligitur ſecũdum quod eſt obligatus fa
cere, ſic ét procedunt no. per Abb. poſt gl. ibi in c. ſignifica-
ſti el 1. de elect. Ad quod faciunt no. p gl. in c. non poteſt ſ.
ſi. verſi. retinere de præben. in vj. dum vult, quod dictio,
dummodo non importet condõnem qñ refertur ad id, ad
quod quis diſpoſitiue tenetur. Ale. in l. j col. 2. inf. ad l. fal-
ci. Limitatur quarto quando conſtaret teſtatorem expre-
ſiſſe illam conditionem, quæ tacite inerat, eo animo vt fa
ceret conditionem, & ſuſpendat, ita Bart. hic per l. in con-
ditionibus ſ. j. nam tunc dicta condõ non dicitur expreſſa
58 eo mõ, ſed alio modo quã inſit. Sed iuxta † hoc dubitant
doct. an ex eo, qꝫ teſtator addidit illa verba, ſub ea condi
tione, illi condõni, quę tacite inerat, pręſumi debeat, quod
velit, quod ſit condõ & ſuſpendat, & in hoc ſunt opiniones,
Nam Bal. Pau. Soc. & Iaſ. dicunt ex dictis verbis ſumendã
eſſe dictã pręſumptionem, quia arguunt, quod mente age-
tauerit teſtator facere conditionem l. labeo ſ. idem tube-
ro inf. de ſupellec. leg. & quia alias dicta verba forent ſu-
perflua contra l. ſi quando inf. eo. & quia hæc geminatio
verborum importantium conditionem, videlicet ſub ea
conditione, & illius dictionis, ſi debet operari ad denotan
dum, quod teſtator velit eſſe conditionem, quæ ſuſpendat
arg. l. baliſta inf ad trebel. cum concordantibus.
Contrariam opinionẽ tenuerunt Aret. Alex. Rui. & Ri
pa, qꝛ ſicut dicta verba adiecta mõ non operatur, quod mo
dus aſſumat vim, & effectum cõdõnis l. męuia ff. de manu
teſt. l. 2. ſ. ſi. inf. de donat. cum concord. de quibus p Alex.
hic ſic nec etiã debent operari, quod tacita condõ aſſumat
vim & effectum condõnis, & quia illa verba etiam poſſunt
verificari in tacita condõne, quæ etiã habet vim & effe-
ctum conditionis quo ad aliqua, vt dictum fuit ſup. in te a.
pro iſta opinione mihi videtur caſus in d. l. ſi dies in fin. &
d. l. aliquãdo in prin. & ſ. j. nã tex. videtur apte loq, quod
in caſu quo teſtator dixiſſet, lego ſub ea condõne, ſub qua
hæredem inſtitui, & ſub ea condõne, ſi adieris hæreditatẽ,

q̃ legatum ſit purum, & transmittatur. Nec ob. ſi diceres, q̃ illa verba ſub ea conditione, in caſu dictarum ll. non ſunt verba teſtatoris. ſed verba legis, quia fateor, tamen dico q̃ infertur idem eſſe, vbi teſtator vſus eſſet iiſdem verbis. nam abſurdum eſſet dicere, q̃ teſt. vtatur verbis, ſuper quibus ponit deciſionem quibus ſi vteretur teſtator, ceſſaret deciſio legis. Secundo, quia huiuſmodi conditionis de aditione hæreditatis, vel ſub quibus hæres fuit inſtitutus, vel ſi primus legatarius agnouerit, retrotrahuntur, & ideo non faciunt conditionem ad impediendum tranſmiſſionem, etiam q̃ forent expreſſe aliter quam inſint. Diſtingue igitur, q̃ aut quærimus. an illa verba, ſub ea conditione, adiecta conditioni, quæ tacite ineſt, faciant, quod ſit conditio, & impediat tranſmiſſionem, & tunc dic, quod ſi loquimur de illa, quæ retrotrahuntur, prout conditio, ſub qua heres eſt inſtitutus, vel de aditione hæreditatis, vel ſi agnouerit legatarios, & tunc res eſt indubitata, quod non, nam pro hoc eſt caſus vt dixi in d. l. ſi dies in ſi. & d. l. aliquando, aut loquimur de alijs tacitis, quæ inſunt ex natura rei, prout in hac, ſi arethuſa pariet, vel ſi fructus naſcentur, & ſic de ſimilibus, & res videtur habere dubitationem, quia non retrotrahuntur, niſi quatenus inſunt tacite, ſolum ad ſuſpendendum effectum legati, non ipſum legatum, vt dixi ſup. credo tamen etiam hoc caſu prædicta verba non impedire tranſmiſſionem ea ratione, quia dicta verba non immutant naturam conditionis, cui adiiciuntur d. l. ſi dies in ſi. & propterea non operantur, quod dicta conditio habeat vim & efficaciam conditionis, niſi iuxta exigentiam illius effectus, propter quem eſt neceſſaria. nam conditio quæ conuenit ſolum parti eius, de quo ſit diſpoſitio, ſolum facit conditionem pro illa parte non pro alia l. ſi. §. Seio inſ. de le. 2. Bar. in l. Seie. §. caio inſ. de fundo inſtru. facit tex. in l. falſa §. ſi. & quod ibi no. Bar. inſ. de cond. & demon. vnde cum non conueniant, niſi ad ſuſpendendum effectum actio. & obli. non ipſam diſpoſitionem legati, iccirco non obſtante, quod ſint illa verba, ſub ea conditione, huiuſmodi conditiones intelligi debent. vt faciant ſolum conditionem, quoad actionem & obligationem, non quoad diſpõnem & per conſequens quod non impediant tranſmiſſionẽ, cõſequẽtia patet ex iis, quę ſupra dicta ſunt in text.

59 Aut vero † quærimus, an dicta verba faciant, quod ſit cõditio, per cuius defectum legatũ deficiat hoc caſu ſubdiſtingue, q̃ aut loquimur in conditione tacita, quæ ſit omnino neceſſaria. quia aliter nullo modo legatum poſſet valere; & tunc omnino & abſq; dubio facit conditionem, quia etiam quod non forent dicta verba adiecta, tñ dicta conditio haberet effectum conditionis, quia in eius defectum legatum deficeret. Aut verò loquimur in ea conditione tacita, quæ requiritur ſolum ad hoc. vt legatum valeat eo modo, quo teſtator expreſſe diſpoſuit, quia aliter poſſet valere puta, qñ pluribus inſtitutis dictũ eſſet, ſi ſeius hæres erit dato fundum, & hoc caſo crederem, quod illa verba, ſub ea cõditione, adiecta facerẽt, quod Seio non adeunte, legatũ deficeret. Mouetur, quia ſi qñ nominatim à Seio legatum eſſet, ipſo non exiſtente hærede, legatum deficeret, nec portio accreſceret cohæredi cum onere, quia cenſetur legatum factum ſub dicta conditione ſi ſeius erit h. celſus, verſ. quod ſi alicuius infra de leg. 2. ergo multo magis in caſu noſtro, vbi expreſſe teſtator dixit, ſub ea conditione, ſi ſeius hæres erit, & in his terminis procedunt oĩa argumenta alterius opinionis, nam tunc colligitur, q̃ voluit perſonam Sei facere condõnem, alias quoad perſonam Sei, illa verba eſſent ſuperflua, quia nunquã perſona Sei põt habere effectum conditionis tacite in legato, ſi ẽt illo non adeunte poſſet ab alijs deberi & illa geminatio denotat, q̃ teſtator velit perſonam Sei facere condõnem; vt dicit Soci. ex quibus aũt poſſit colligi, quod teſtator velit illas conditiones tacitas impedire tranſmiſſionẽ, dic quod neceſſe eſt, quod iſtud vel ſit expreſſum à teſtatore, vel ſumatur in conſequentiam alicuius expreſſi prout ex oppoſito requiritur ad faciendũ, quod non tranſmiſſibile fiat tranſmiſſibile, vt declarat Soc. poſt Bal. quẽ refert in l. hæredes mei §. cũ ita col. 3. inſ. ad trebel. vt ibi latiſſime dixi, & ideo hoc colligitur vel ex eo, q̃a teſtator expreſſe dixerit, quod non cederet dies legatorum, niſi à die aditæ hereditatis, q̃a nec ẽt eſſet tranſmiſſio, toto tit. inſ. qñ dies le. ced. vel qñ expreſſe dixiſſet nolle deberi, vbi legatarius decederet ante aditionem hæreditatis, q̃a videretur datum ſub conditione ſi ſuperuixerit d. l. aliq̃n in fin. l. quod pure in prin. inſ. quando dies leg. ced.

60 Circa qõnem Bar. an expreſſio † eorum, quæ tacite inſunt per modum diſpõnis aliquid operetur, pro faciliore intelligentia aduertendum eſt, quod iſta qõ pertinet ad duo, videlicet an expreſſum faciat ceſſare tacitum, ut non dicatur amplius eſſe diſpõ tacita, ſubintellecta a lege, ſed ſolum dicatur expreſſa diſpõ hominis, & an ex eo quia ſic expreſſa diſpoſitio hominis operetur aliquos effectus quos non cauſaſſet, ſi fuiſſet tacita, pꝛt prius erat, & iungendo oppoſitiones, & eius diſtinctionem, ex dictis ipſius in primo membro. ſue diſtinctionis habetis iſtam concluſionem, quod ubi diſpõ ineſt de neceſſitate, ex legis diſpõne, quod expreſſio nihil operatur & ſic nec facit, quod ceſſet diſpõ ſubintellecta à lege, nec alium effectum operatur pro hac cõcluſione Bar. allegat l. ſi arogator ſup. de adopt. vbi illa expreſſio nõ operatur, quin filius arrogatus dicatur habere illam quartã ex lege, non aũt ſolum ex iudicio teſtatoris, & ſic non facit ceſſare tacitã, ſubintellectam à lege, & dum Bar. contra dictam concluſio oppoſuit de l. titia inſ. ad l. falc. & ſoluit quod expreſſio operatur, vt illud, quod non eſt voluntas, mõ ſit voluntas, voluit dicere Bar. quod expreſſio nõ facit vt ceſſet tacitũ, quod ineſt ex neceſſitate legis, quia ſemper debetur ex legis diſpõne, qualitercunq; exprimatur, ſiue eo mõ quo ineſt, ſiue alio mõ, vt in d. l. ſi arrogator, ſed operatur caſu quo exprimatur eo alio, vt etiam debeatur ex diſpõne hominis, quod nõ ſolum ex lege, ſed ex diſpõne hominis debeatur, pꝛt in d. l. titia, & dicitur in l. ſi tan. ſtipul. inſ. de verb. obl. quod etiã voluit Rui. hic, dum dicit, quod expreſſio operatur, vt ſit nouum iuris vinculum, vnde tñ Bart. quod iſta expreſſa diſpõ teſtantis operetur aliquos effectus in fauorẽ illius, in cuius cõmodum ineſt ex neceſſitate legis, vt dicitur in d. l. titia, nõ aũt in eius præiudiciũ. Reſolutio igitur Bar. in hoc primo mẽbro eſt, quod expreſſio hoc in caſu nõ facit, quin ẽt debeatur ex legis diſpõne, pꝛt prius facit tñ, quod ẽt poſſit deberi, tanquã ex noua diſpõne hominis, vt ex nouo iuris vinculo, ſed quod ꝓp hoc nõ cauſentur aliq̃ effectus in præiudiciũ, verũ ſolum in commodũ illius, cui ex neceſſitate legis debetur, & in hoc, cõcluſio Bar. ſine difficultate ab oĩbus approbatur.

61 Circa † aliud mẽbrũ, eorum quæ inſunt tacite ex volũtate, Bar. concludit duo primum, quod ſi ineſt præter voluntatem, videlicet, diſpoſitiuam, ſed ex voluntate tñ permiſſiua, q̃ tunc expreſſum facit ceſſare tacitum, per. l. talis ſcriptura inſ. eo. ita colligitur ex dictis Bar. in diſtinctione, iunctis iis, quę dicit in prima oppoſitio de d. l. talis ſcriptura. Secundum, quod ſi ineſt tacite ſecundum voluntatem, videlicet diſpoſitiuã, q̃ tunc licet expreſſio operetur q̃ aliud tacitum ſit expreſſum, tamen non propterea aliquid operabitur, quæ par ẽſt virtus tacita & expreſſi. l. cum quid ſup. ſi cert. pet. l. quę dubitationis. inſ. de re. iur. ita colligitur ex his, quæ dixit in ii. oppo. de l. ſi. C. de inſt. & ſubſti. dum ſubdit, quod ubi exprimitur pupillaris, dicetur expreſſa, & non amplius preſumpta, ſeu tacita, & ex iis quæ dicit in fine ſue diſtinctionis, ſed circa hæc dicta inſurgunt plurimæ difficultates, quas Bart. non declarauit, circa quas doct. uarium in modũ ſe inuoluunt, prima eſt,

62 † q̃do cognoſcatur, q̃ aliquid tacite inſit ex legis diſpõne præter uoluntatem diſpoſitiuam, nam prima facie, vt dicebant Imo & Aret. hic, non ſolum in ſecundo, ſed ẽt in primo caſu dicetur eſſe ex uoluntate diſpoſitiua, ex quo ẽt in dicto primo caſo teſtator, & contrahentes præſumuntur ſe uoluiſſe cõformare cum diſpõne iuris cõis, Bar. in l. ut iuſiurandi. §. ſi liberi inſ de oper. lib. & quia uidẽtur uelle ea oĩa, quę ſunt de natura actus. l. ſi duos ſup. de acquir. hæred. & iõ habemus, q̃ ubi non fuit appoſita nec dies, nec conditio in legato, ſeu ſtipulatione teſtator & contrahentes cenſentur uoluiſſe diſpoſitiue, q̃ præſenti die debeatur. l. cum qui, Kalendis. §. quoties. l. liber homo. §. decẽ inſ. de uer. obli. & d. l. talis, ſcriptura Soc. hic

dicebat

dicebat, q̃ in primo caſu illud tacitũ dicebatur eſſe ea legis diſpõne, in ſecundo dicebatur eſſe ex diſpoõne hominis, ſed hoc non declarat, quomodo unum ab alio dignoſcatur, & quare etiam in primo caſu non dicitur eſſe ex diſpoſitione hominis cum adſit eandem uoluntas, quæ adeſt in ſecundo caſu, Rui. hic dixit, quod ubi lex a principio ſtatuit præter uoluntatem hominis, & uoluntas hominis ſubſequitur, quæ præſumitur, conformis cum diſpoſitione iuris communis, quod tunc ſumus in primo caſu, quia lex præcedens eſt cauſa uoluntatis, ſed ubi uoluntas hominis præcedit, & ſubſequitur diſpoſitio legis, quæ diſponat ſuper dicta uoluntate dicetur eſſe ſecundum uoluntatem hominis diſpoſitiuam. Hæc ratio uidetur quidem uera tamen non tollit difficultatem, eadem. n. uidetur eſſe difficultas in diſcognoſcendo, quãdo diſpoſitio legis præcedit, & quando ſequatur uoluntatem, prout in cognoſcendo, quando dicatur ex legis diſpoſitione ineſſe, ſecundum uoluntatem permiſſiuam & quando ea uoluntate diſpoſitiua, nec etiam ponit rationem, quare utroque caſu non dicatur eſſe ex uoluntate diſpoſitiua; cum in utroque ſit eadem uoluntas, & in uno caſu. prout in alio lex inducat effectum iuris ex uoluntate diſponentis.

Tu uero pro reſolutiõe huius difficultatis dic quod aliquando lex ſubintelligit aliquid tacitum una cum noua diſpoſitione tacita, & tunc illud dicetur ineſſe ſecundum uoluntatem diſpoſitiuam, quia illam tacitam diſpoſitionem colligit ea uoluntate ipſius diſponentis, & ita procedit quod dicimus de tacita pupillari, ea enim lex ſubintelligit, tanquam diſpoſitionem nouam, licet tacitam, diſtinctam a uulgari, ſic & lex præſumit illam tacitam diſpoſitionem, per quã inteſtatus decedẽs uideatur honorare uenientes ab inteſtato, ex ipſius hominis diſpoſitione, diſtinctam tamen a diſpoſitione, legis, per quam hæreditas defertur uenientibus ab inteſtato. l. conficiuntur ſup. tit. j. ſic in l. cum qui ſup. ſi cert. pet. lex ſubintelligit illud tacitum pactum, quod æque bonum reddatur, tanquam tacitum pactum ſeu diſpoſitionẽ adiectum mutuo, tamen diſtinctum a contractu mutui, & ideo dicetur ineſſe ſecundum uoluntatem hominis diſpoſitiuam; non ex ſola legis diſpoſitione ſed ubi lex ſubintelligit aliquit, nõ tanquam an tacita & noua diſpoſitione, ſed in conſequentiam alicuius effectus, quem inducit expreſſa diſpoſitione, tunc non dicetur eſſe ſecundum uoluntatem hominis diſpoſitiuam quia nulla ſubintelligitur noua diſpoſitio tacita diſtiſta ab expreſſa. ſed dicitur ſola diſpoſitio legis, quia uenit in conſequentiam effectus, quem lex inducit ex expreſſa diſpoſitione. Hoc modo procedit, quod dicitur uidelicet ex legato & ſtipulatione, quibus nec conditio, nec dies ſit adiecta; præſenti die deberi. d. l. talis ſcriptura. d. l. cum qui Kalẽ. nam hoc non eſt, ex quo lex ſubintelligat nouam diſpoſitionem tacitam de iſto, quod præſenti die debeatur, diſtinctam a legato, ſeu ſtipulatione expreſſa, ſed ex quo lex inducit quod cedat dies obligationis. ex huiuſmodi legato, et ſtipulatione, in conſequentia reſultat; quod preſenti die debeatur, ſic in d. l. ſi duo ſup. de acquir. hæred. non inducitur, quod is qui agnouit partem ſuam hæreditatis, poſt repudiationem cohæredis, obligetur omnibus oneribus hæreditarijs, tanquam ex nouo conſenſu; ſeu actu hæredis diſtincto ab actu aditionis, uerum inducitur in conſequentiam effectus, quẽ lex inducit ad conſequentiam effectus, quem lex inducit ea ſua aditione, ex qua facit illum hæredem inſolidum, & ratio eſt quia ſicut effectus iuris cauſatur a lege, ſic illud, quod uenit in conſequentiam effectus iuris a lege cauſati, dicetur eſſe ex legis diſpoſitione, et ideo dicetur ineſſe in caſu iſto ex legis diſpoſitione præter hominis uoluntatem diſpoſitiuam, ſed ex uoluntate permiſſiua in eo, quod potuit prohibere, et non prohibuit dictam tacitam legis diſpoſitionẽ; et hoc eſt, quod uoluit dicere Bar. hic.

63 Alia eſt difficultas qui † effectus cauſentur ex eo, quod hoc caſu expreſſum facit ceſſare tacitam legis diſpoſitione, et dicitur diſpoſitio hominis non legis. Bar. hoc nõ declarauit, ſed ex eius dictis infertur; quod ſolum cauſentur illi effectus; qui inferuntur neceſſario; ex eo quia illa diſpoſitio dicitur diſpoſitio hoĩs & nõ legis, et nõ alij effectus, ſic probat text. in d. l. talis ſcriptura; illa enim adiectio quoad nim & effectum legati, nihil operatur; tamen ex eo quia operatur, quod illud ſit ex diſpoſitione teſtantis, & non ex legis diſpoſitione, infertur neceſſario, quod illa uerba, quibus dies non eſt adiecta, non referantur ad illud legatum, ex quo illa uerba denotant; quod teſtator noluit immutare id, quod per eum fuit diſpoſitum, ſed ſolum illud. quod a lege ſubintelligebatur; præter eius uoluntatem diſpoſitiuam nec aliud uoluit dicere Bar. hic, & propterea ſequitur, quod non ob. tex. in l. non recte C. de fideiuſ. de quo opponunt Alex. & alij hic. nam ſolutio eſt. quod licet in d. l. expreſſio, quod quilibet fideiuſſor teneatur inſolidum non operatur quod uideatur renunciatũ beneficio diuiſionis ex epiſtola diui Adriani, quia iſtud non infertur neceſſario, ex eo quia ea diſpoſitione contrahentium ſit inductum, quod teneantur inſolidum, non autem ex ſola diſpoſitione legis, & ob id non negat tex. quin expreſſio operetur, quod illud dicatur eſſe ea diſpoſitione contrahentium, & quando etiam operetur omnes effectus, qui ueniunt neceſſario & in conſequentiam ex eo quia intelligitur diſpoſitio ipſorum, & non legis, ſic eſt ſolutio ad tex. in l. liber homo §. decem intra de uer. obl. quia licet expreſſio dies præſentis operetur, quod præſenti die debeatur, ex contrahentium diſpoſitione, & non amplius ex tacita diſpoſitione a lege ſubintellecta; prout prius non tamen operatur, quod differatur petitio, ſeu exactio poſt diem primum; quia hoc non infertur ex eo, quod per hominem diſpoſitum ſit, quod præſenti die debeatur, expreſſio enim intelligitur facta ad denotandũ; quod uult ſtatim deberi, prout ibi dicitur, ſic etiam ille effectus, qui tanſatur per expreſſionem diei factam ab arbitro, infertur in conſequentiam, quia dies dicetur appoſita ab arbitro non a lege ut inf. dicam, & hoc etiã uoluit Bar.

64 Tertia eſt difficultas, quæ differentia † ſit in materia noſtra; utrum illud tacitum quod exprimitur inſit ex legis diſpoſitione, præter uoluntatem diſpoſitiuam teſtantis & cõtrahentium, an e a tacita diſpoſitione hominis, & ſecundum eius uoluntatem diſpoſitiuam, nam quamuis Bar. diſtinguendo caſus, uideatur conſtituere differentiam inter unum & alium caſum, tamen in effectu non apparet ex dictis eius in quo differãt, ſed potius quod idẽ ſit in utroque, nam ſicut in præcedenti caſu expreſſum facit ceſſare tacitum Bart. uult idem etiam eſſe in iſto, in ſolutione enim quam dat ad tex. in l. ſi. C. de inſtitutio. & l. precibus C. de impuberum, qui caſus pertinet ad ea quæ inſunt ea diſpoſitione hominis. Bar. dicit, quod expreſſum facit ceſſare tacitum, & licet dicat quod expreſſum nihil operetur; non tamen uoluit negare, quin expreſſio operetur, quod tacitum deſinat eſſe tacitum, & fiat expreſſum, quod etiã manifeſtius uoluit Aret. hic qui adducit rationem, quod ſicut fictio, & ueritas non concurrunt, quia ubi ueritas ceſſat fictio l. filio quem pater ſup. de lib. & poſth. declarat Bar. in l. j. §. hoc autem ſenatus ſupra ad Trebel. ſic non poteſt concurrere, quod eadem diſpoſitio dicatur expreſſa & tacita, ſed expreſſum facit, quod ceſſat tacitum, ita etiam ſicut in præcedenti caſu; quãdo ineſt ex legis diſpoſitione, & uoluntate permiſſiua, expreſſio non operatur alium effectum præter illum, qui mittitur in conſequentiam. ex quo illa ſit diſpoſitio hominis expreſſa eodem modo etiam, quando ineſt ſecundum uoluntatem diſpoſitiuam, operatur expreſſio illum effectum; qui infertur in conſequentiam, ex quo illa diſpoſitio non eſt amplius tacita ſed expreſſa, & ideo ſecundum Bartu. hic, operatur, quod mater excludatur per pupillarem, & expreſſio legati facit; quod tranſit dominium ipſo iure, hoc enim uenit in conſequentiam, quia legatum eſt expreſſum l. a titio infra de furtis & tamen non tranſiret, ſi foret tacitum l. ſi ſeruum filij §. fi. inf. eo. & dictum fuit in l. j. ſup. eo. Ad hoc, quamuis doc. non declarent debes aduertere, quod Bar. præſupponit inter hos duos caſus fore differẽtiam propter duo, primum, quia in præcedenti caſu; in tacito erat diſpoſitio legis nõ autem hominis, & in expreſſo eſt ſolum diſpoſitio hominis, non autem diſpoſitio legis, ex quo prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis l. fi. C. de pac. conuen. l. maritus C. de procuratoribus, Bar. in l. j. §. unde quæritur inf.

de

de publica. Sed in iſto caſu, & in tacito, & in expreſſo eſt eadem diſpoſitio hominis, & una non tollit aliam. ſed ea quæ eſt tacita, ſi ea preſſa aliud eſt, quod quia in præcedenti caſu, in expreſſo eſt diſpoſitio hominis, in tacito erat diſpoſitio legis, ex quibus ſolent cauſari diuerſi effectus, quod ideo expreſſio operatur eos effectus, qui ſequũtur, ea quo efficitur diſpoſitio hominis, & ceſſat diſpoſitio legis, quæ prius fuiſſet tacite ſubintellecta, non ſic in alio caſu, quia cum ſit eadem diſpoſitio hominis in expreſſo & in tacito, & ſolum differant tanquã expreſſum, & tacitum, proprera dicitur, quod expreſſio nihil operatur, cum idem effectus cauſetur ex tacito, prout ex expreſſo, cum ſit par virtus vtriuſque d. l. cum quid & l. quæ dubitationis inf. de reg. iu. & l. pediculis § labeo infra de ſupell. lega.

65 Quarta difficultas eſt, quæ fuerit † intentio Bar. in ſolutio. ad d. l. ſi. & d. l. precibus dum dicit, quod ideo operatur pupillaris excluſionem matris, quia pupillaris tacita ineſt ex voluntate præſumpta, & non ea neceſſitate, ideo expreſſio facit ceſſare tacitum, & operatur. nam prima facie eius uerba videntur deſtruere cõcluſionem ſuam ſup. relatam, videlicet, quod expreſſio eorum quæ inſunt ſecundum voluntatem diſpoſitiuam nihil operatur, nam clarum eſt, quod tacita pupillaris ineſt ſecundum voluntatem diſpoſitiuam. ſed aduertatis, quia intentio Barto. fuit dicere, quod non probatur manifeſte, ſeu concludenter, quod ſub vulgari expreſſa contineatur tacita pupillaris, uerum ſolum ea præſumptione iuris, vnde. quia per præſumptionem non poteſt excludi aliquis a ſucceſſione, in qua ſibi debeatur legitima l. ſi duobus ſup. de teſt. mili. l. qui duos §. ſi cum filio inf. de rebus dubijs ideo illa præſumptio non ſufficit ad probandum pupillarem ad excluſionem matris, quia ſibi debetur legitima in bonis filij l. nam & ſi parantibus ſup. de inoff. teſt. Ratio igitur, quare mater non excludatur per tacitam pupillarem non eſt, ex quo illa pupillaris ſit tacita, ſed ex quo non eſt probata, & præſumptio iuris non ſufficit ad probandum pupillarem contra matrem, ſi tamen eſſet probata per alias coniecturas, quamuis mihi ſoret tacita, eo caſu mater excluderetur, & propterea uoluit dicere Bar. quod ubi tacitum ſolum ineſt ex præſumpta uoluntate, quod expreſſum operatur, vt tunc de dicta diſpoſitione, non præſumptiuæ, ſed manifeſte appareat, & operatur probationem dictæ diſpoſitionis atiam in caſu, in quo per ſolam iuris præſumptionem dicta diſpoſitio non poſſet probari, ſed vbi tacitum ineſt non præſumptiuæ. ſed manifeſte & concludenter, tunc expreſſio nihil operatur, ita uoluit dicere Bar. hic, & hoc idem expreſſius uoluit idem Bar. in l. centurio col. ij. ubi latius declaro ſup. de vulg. adeo quod ex dictis Bar. colligitur limitatio ad regulam legis noſtrę vt non procedat in ijs, quæ inſunt ex præſumptam uoluntate, quia tunc per expreſſionem fit, quod manifeſte probetur dicta diſpoſitio, quæ ſolum prius præſumebatur. Habetis etiam, quod illa concluſio, uidelicet, quod expreſſa pupillaris, excludit matrem, ſed non tacita, non contradicat ijs, quæ dixit Barto. hic, nec regulæ d. l. cum quid, quia differentia non eſt, ea quo vna ſit pupillaris tacita, & alia ſit expreſſa, ſed ex quo vna eſt manifeſte probata, uidelicet expreſſa, ſed alia non eſt probata, ſed ſolum præſumpta, & præſumpta probatio, non eſt ſufficiens probatio ad excluſionem matris, ſeu alterius perſonæ, cui debeatur legitima, vnde ſi illa tacita eſſent probata per aliquas coniecturas, excluderet etiam matrem, ut late per Bar. in l. ij. col. pe. ſup. de vulga ſic uoluit dicere Bar. hic. & in d. l. centurio, & bene loquitur, ut latius dixi in d. l. centurio quamuis doc. ibi, & in d. l. precibus non intelligentes mentem Bar. illum reprehendant, & male. Ex prædictis colligi-

66 tur, quod concluſiones Bar. ſunt uere, † quarum prima eſt, quod ſi tacite quod ineſt ex legis neceſſitate, quod expreſſio non operatur, quod ceſſet diſpoſitio legis, & licet operetur, quod etiam dicatur diſpoſitum ab homine, non tamen propter hoc operatur aliquid in præiudicium, ſed ſolum in cõmodum eius, cui ex legis neceſſitate debetur uera eſt etiam alia concluſio, videlicet quod expreſſio eorum, quæ tacite inſunt ea legis diſpoſitione, & uoluntate tantum permiſsiua, operatur, quod ceſſat illa tacita diſpoſitio ſubintellecta a lege, & ſolum dicatur diſpoſitio hominis, et operatur illos effectus, qui veniũt in cõſequentiam, ex quo ſit diſpoſitio hominis et non legis nõ autem alios effectus, vera eſt etiam tertia concluſio, quod expreſſio eorum, quæ tacite inſunt ſecundum voluntatem diſpoſitiuam, ſi quidem conſtat illud in eſſe, nihil operatur, niſi quod facit eſſe expreſſum illud, quod erat tacitum d. l. cum quid d. l. quæ dubitationis, ſi quidem ineſt ſolum præſumptiue, tunc expreſſio operatur, quod ſit certum et manifeſtum, et operatur eos effectus, qui cauſantur ex certa probatione, et qui non poſſunt cauſari ex præſumpta, ita procedit, quod dicitur in d. l. ſi. et d. l. precibus eſt verum, quod contra hanc vltimam concluſionem plura uidetur obſtare, de quibus per doct. in d. l. cum quid, tamen concluſio eſt vera, et indiſtinctæ procedit, et eſt ſolutio, ad omnia contraria, vt alias dixi, in d. l. cum quid, ſed nõ refero, quia nimis egrederet terminos materię noſtrę.

Limitatur iſta concluſio per Bar. hic, vt non procedat, quando tacitum foret aliter expreſſum quam tacite inſit, et in caſu iſto procedit contrarium ſup. relatum de legato tacito, ex quo non transfertur dominium ipſo iure d. l. ſeruum filij §. ſi. et tamen ſi exprimatur, operatur tranſlationem dominij ipſo iure, nam hoc ideo eſt, quia exprimitur alio modo, quam tacite inſit, quia tacite ineſt ex mente, ſine ſignificatu verborum ſolum per fideicom. & dum exprimitur per verba, non tantum exprimitur diſpoſitio fideicommiſſi, ſed etiam diſpoſitio legati, vt declaratum fuit in l. j. ſup. eo, & idcirco dicetur expreſſum alio modo.

67 Iuxta prædicta dubitatur, an vera † ſit concluſio Bar. in quæſtione de arbitrio. videlicet quod expreſſio diei, quæ tacite inerat ex legis diſpoſitione, facta per arbitrum impediat purgationem moræ, pro opinione Bar. plurimum ſtringũt duæ rationes, quas Bar. hic adducit. pri. eſt, quod quia dies ineſt ex legis diſpoſitione, & ex voluntate arbitri permiſsiua, qui poteſt alium diem ſtatuere l. diem §. ſtari ſup. de arbi. quod ideo expreſſio operatur, quod ceſſet diſpoſitio legis tacita, & quod ſolũ dicatur dies adiecta ex diſpoſitione arbitri, vt in d. l. talis ſcriptura & per alia, quæ ſup. adducta fuerunt, & ideo operatur quod non poſsit mora purgari, quia hic effectus ſequitur, ex quo dies dicitur adiecta per diſpoſitionem arbitri. Secunda eſt ratio, quia etiam admiſſo, quod dies inſit ex neceſsitate, et quod non poſsit arbiter coarctare, & non poſsit expreſſio operari, quin ex legis diſpoſitione dies prædicta competat, tamen ex quo expreſſio operatur, quod non ſolum dies dicatur adiecta ex diſpoſitione legis, uerũ etiã ex uoluntate & diſpoſitione arbitri ut eſt caſus in l. titia inf. ad l. fal. & ſup. declaratum fuit. ergo etiam impedietur purgatio moræ, quia certum erit, quod reus condemnatus, non ſoluendo intra illam diem, non tantum offendit legem, ſed etiam eius miniſtrum, nec obſt. quæ in contrarium adducuntur, & primo non ob. id, quod hic dicit Alex. poſt alios, quos refert. videlicet quod non poſsit arbiter coarctare illud tempus, quod datur iudicatis, prout non poteſt iudex ordinarius l. iij. §. ſi quis condemnatus inſ. de re iudicata, quia communiter doct. tenent contrarium videlicet, quod poſsit arbiter coarctare illud tempus, & contrarium tenuit Alex. met in d. §. ſi quis condemnatus, & probatur hæc opinio per tex. in l. ſi cum dies §. ſi. ſup. de arbitris inducendo, vt hic per Aret. et Rui. et ſolutio. Alex. ad tex. in d. §. ſtari non eſt bona vt hic per dominum de Rip. præterea etiam quod iſtud aſſumptum Alex. hic, eſſet verum, tamen procedere poſſet concluſio Bar. et communis, quia licet ceſſaret prima ratio, tamen militaret ſecunda, vt ſup. dixi non ob. quod quando adijcitur tempus legale per arbitrum, debeat cenſeri potius tempus legis, quam ipſius arbitri, quemadmodum ſtatutum diſponens idem, quod ius commune dicitur ius commune gl. in cap. pri. de conſtitutio. in vj. nam reſpondetur, contrarium procedere in caſu, quo diſpoſitio legis ſemper habet locum, quamuis accedat diſpoſitio ſtatuti, ſed non ſic in caſu noſtro quia diſpoſitio legis non habet locum niſi quando ceſſat diſpoſitio arbitri circa tempus. et ubi accedit diſpoſitio arbitri, ceſſat diſpoſitio legis, vt ſup.

ſup. dictum fuit. præterea etiam quod diceretur tempus
legale, tamen dicetur cõpetere non ſolum ex legis diſpo-
ſitione, vt dictum fuit, ſed etiam ex diſpoſitione arbitri.
igitur impediret purgationem moræ quia ſemper verum
erit, quod condemnatus non paruit ſententiæ, & præcepto
arbitri. l. celſus in prin. ſup. de arbitris. Non ob. quod vl-
timo hic adducit Rui. videlicet quod quemadmodum non
obſtante, quod actus conſiſtat in libera facultate confir-
mantis. vbi tamen confirmans noluit actum de nouo fa-
cere, ſed ſimpliciter prout eſt confirmare, non dicitur de
nouo dare Bart. in l. more ſup. de iuriſdi. omnium iud. ſic
arbiter aſſignando tempus legale, videtur velle confirma-
re tempus legale, prout eſt. non nouum terminum aſſigna-
re, nã reſpondetur duobus modis, primo, quod cõtrarium
procedit, vbi diſpoſitio cõfirmanda præceſſit. ita loquitur
Bar. in d. l. more, ſed in caſu noſtro arbiter aſſignando tem
pus præuenit legis diſpoſitionem, quę ſolum habet lo-
cum, quando non eſt aliqua prouiſio facta ab arbitro, ic-
circo dicitur aſſignatio arbitri, non legis. Secundo quia
contrarium procedit, quando diſpoſitio ſolum eſt de con-
firmatione, & apparet quod confirmans non voluit actum
de nouo facere, ſed in caſu noſtro, arbiter aſſignando tem
pus, voluit quod illud competere etiam ex eius diſpoſi-
tione, quia vult de illo diſponere, igitur &c. d. l. titia, &
ſic hæc opinio Bar. videtur verior, quam etiam ſequuntur
magis communiter doct. licet Alex. poſt Iac. de arena, &
plures alios quos refert, teneat contrarium, per prædicta
quibus tamen ſupra reſponſum fuit, & quia in dubio de-
bemus amplecti opinionem, quæ ſtat pro purgatione mo-
ræ, propter equitatem ſuper qua fundatur l. ſi ſeruum §.
ſequitur infra de verb. oblig. quid concludendum? Pro ſo
68 lutione debes aduertere, quod ratio † quare dies ſubin-
tellecta à lege gratia miſerationis, non conſtituit quem
in mora, nec facit committi pænam, eſt quia dies prædicta
non ſubintelligitur, tanquam preciſe iuſſus ſit condemna-
tus intra illam diem ſoluere ſed ſolum ad hoc, vt intra il-
lam diem non poſſit cogi ad ſoluendum l. ſi cum militit §.
ſi ſup. de compen l. quod dicimus inf. de ſolutio & ideo
ſoluendo etiam poſt illud tempus, dicetur parere ſenten-
tiæ arbitri, ex quo non fuit præciſe iuſſus intra illud tem
pus ſoluere. Hoc præſuppoſito dico, quod ſi per arbitrum
quis præciſe condemnatus fuit ad ſoluendum intra illud
tempus legale, illud tempus non dicetur adiectum, gratia
miſerationis, ad hoc ſolum, ne poſſit intra illud compelli
ad ſolutionem, ſed in vim præcepti de ſoluendo intra il-
lud tempus, vnde ſequitur, quod dies ſit expreſſa aliu mo-
do quàm in ſit, ſequitur etiam, quod condemnatus, non
ſoluendo intra illud tempus, non dicetur parere præce-
pto arbitri, quia fuit iuſſus etiam ſoluere intra illud tem-
pus d. l. celſus, & propterea per lapſum temporis commit-
tetur mora, & impeditur purgatio, quia ceſſat ratio, quæ
militabat in tempore adiecto gratia miſerationis & hoc
caſo abſque dubio procedit opin. Bar. hic, & ceſſant obie-
cta doc. ſed ſi ponimus caſum, quod per arbitrum ſit adie-
ctum tempus cauſa miſerationis tantum, quia vbi aliquẽ
ſimpliciter condemnaſſet, ex poſt adieciſſet, quod non poſ
ſet compelli ad ſolutionem intra tale tempus, tunc dico
quod nullo modo per lapſum huius temporis committe-
retur pæna, ſiue eſſet tempus legale, ſiue eſſet aliud tem-
pus ratio eſt, quia non fuit factum præceptum de ſoluen-
do intra illud tempus, & propterea ceſſat ratio dictæ l.
celſus & in his terminis poſſet ſaluari opinio Alc. & alio
rum nec hoc caſu obſtant rationes ſup. adductæ, ex inten-
tione Bartol. quia differentia non eſt inter diem legis, &
diem arbitri, vt voluerunt doct. ſed inter diem adiectam
ex cauſa miſerationis tantum, & diem adiectum non tan
tum cauſa dilationis, ſed propter præceptum de ſoluen-
do intra illam diem, vt latius declarani in l. ſi inſulã inf.
de verb. oblig. inferens ex hoc, quòd idem eſſet in ſtipu-
latione conuentionali, vbi quid ſimpliciter promiſiſſem
dare, & ſi non dediſſem promiſiſſem pænam poſtea con-
uenissem, quòd non poſſes cogere me ad ſolutionem eius
quod promiſi intra annum, quod per lapſum anni non
committeretur pæna nec mora, quia non promiſi ſolue-
re ſub pęna intra annum. ſed ſolum actum fuit, ne poſ-
ſem cogi intra illud tempus, & ideo requiritur interpel-
latio, ad hoc vt pæna committatur, quæ vero differen-
tia ſit, an tempus ſit adiectum gratia miſerationis, vel
ſit inſertum in obligatione, declarant Bartol. & doct. in
l. ita ſtipulatus in prima quæſt. principali inf. de verb.
oblig.

69 Dubitatur etiam, an vera † ſit concluſio Bart. in quæ-
ſtione contractæ ſocietatis, videlicet quod vbi ſit contracta
ſocietas ſuper legitimis hereditatibus obueniendis iux-
ta text. in l. iij. §. de illo ſup. pro ſocio, quòd hæreditas
legitima delata ex teſtamento ſit communicanda, nam
iſta concluſio Bar. licet ſit communis, tamen prima facie
videtur ad modum dubitabilis, ita vt non mirum videri
poſſit, quòd plures, precipue Imo. Aret. Beſſ. Iaſ. & Ripa.
tenuerint contrarium. tota difficultas ſecundum Doc. vi-
detur reſidere in hoc, qua ratione, cum tex. in d. § de illo
vellit, ſocietatem predictam non debere intelligi de te-
ſtamentariis hæreditatibus, ſed ſolum de legitimis poſſit
defendi concluſio Bar. quod intelligatur de legitimus hæ
reditaribus delatis ex teſtamentu. plures rationes addu-
cuntur per doct. prima eſt, quòd ex quo prius inerat ex ta
cita voluntatem defuncti, quòd legitima hæreditas defe
ratur proximiori. l. conficiuntur. §. i. ſup. de iure codici.
propterea expreſſio voluntatis defuncti, dum illam ſibi
relinqui teſtamẽto, nihil deber operari. d. l. cum quid, iſta
ratio prima facie non videtur vera, & dato quòd eſſet ve-
ra, non videtur tollere contrarium. d. §. de illo, nam iſta
expreſſio dum illamet hæreditas relinquitur ex teſta-
mento, operatur, quod nõ dicatur legitima, ſeu debita ab in
teſtato. l. illud in prin. ſup. de acqui. hæred. ſicut tutor le
gitimus deſinit dici legitimus, ſi detur ex teſtamento. l.
iure noſtro. §. ſi. cum. l. ſeq. ſup. de teſt tutell. & ideo appa
ret, quòd expreſſio quid operetur quia facit ceſſare taci-
tam cauſam inteſtati vt non dicatur legitima hæreditas,
ſed taſtamentaria, ſequitur etiam, quòd licet expreſſio
nil aliud operetur quia tamen operatur hoc, quòd non di
catur amplius legitima, ſed teſtamẽtaria, quòd in iſta hæ
reditate procedat deciſio. d. § de illo. Alia fuit ratio Soc.
quod ideo ſit ex quo hæreditas, quæ defertur ex teſtamen
to illi, qui eſſet ſucceſſurus etiam ab inteſtato dicitur le-
gitima. l. lege obuenire inf. de verb. ſign. & l. pen. inf. eo. in
his verbis, obtinuit ſententia galli alienos quoque poſt-
humos heredes fieri, & ideo de hac hæreditate videbitur
contracta ſocietas, quia etiam ipſa dicitur legitima, hæc
ratio non tollit difficultatem, nam propter id non tolli-
tur, quin iſta hæreditas ſit etiam teſtamentaria, quid non
erat ex tacita voluntate cauſam inteſtati, icirco nõ com
prehendetur in dicta ſocietate, quia non trahitur ad te-
ſtamentarias. d. §. de illo. præterea dicitur quidem legiti-
ma, ex quo non eſt præter, ſeu contra legem, ſed ſecun-
dum legem, ex quo per legem confirmatur, prout hæres
extraneus inſtitutus poteſt dici legitimus, ſic loquitur
text. in d. l. lege obuenire, & d. l. penul. ſed non dicitur le
gitima, quatenus ſumitur ad differentiam teſtamentariæ.
d. l. illud & d. §. de illo. Alia fuit ratio Rui. quòd ideo ſit
communicanda dicta hæreditas, ex quo eſt ſubrogata in
locum legitimæ. l. imperatur. §. ſi. inf. tit. pri: & propterea
diſpoſitio de lgitima hæreditate debet verificari in iſta
teſtamentaria, quæ eſt ſubrogata loco legitimæ, hæc ra-
tio non videtur bona, quia nullibi probatur, quòd teſta-
mentaria hæreditas dicatur ſubrogata loco legitimæ hæ-
reditatis, nec text. in d. l. imperator. §. ſi. hoc dicit quid di
cendum? Quomodo iſta, vt dixi, videtur habere maximã
difficultatem, nã negari non poteſt, quin diſpoſitio teſta-
menti plurimum operatur quamuis Bar. videatur dicere
oppoſitum, & quin teſtamẽtaria hęreditas differat a legi
tima. d. l. illud, & propterea text. in d. §. de illo prima fa-
cie videtur directo obſtare concluſioni Bar. tamen dili-
gentius conſiderando mentem Bar. apparet. quòd eius cõ
cluſio ſit vera, & patat reſolutio ad omnia obiecta. nam in
tentio ſua fuit dicere, quòd ſocietas dicatur contracta de
qualibet hæreditate, quæ poſſet ad ſocios peruenire ab in
teſtato, ſiue illa perueniat per expreſſam voluntatem de
functi, ſiue per tacitam in cauſam inteſtati dummodo ea
ſit quæ ab inteſtato potuiſſet pertinere, & ita intelligit
tex.

tex.in.d.§. de illo & ponit Bar. rationem ad probandum
hoc, quia cum actum ſit de legitima hæreditate fuit actũ
de illa, quæ etiam ea voluntate defuncti, licet tacita, ſit
peruentura, & propterea non dicetur minus actum de illamet hæred. ex quo acceſſerit uoluntas defuncti capreſ
ſa in teſtamento, non enim poteſt dici ideo magis actum
de ea hęreditate, ea quo ex tacita uoluntate defuncti ab
inteſtato perueniat, quam ſi ex capreſſa uoluntate perueniret, cum par ſit uirtus & tacite, & expreſſe uoluntatis.
d.l.cum quid. & hoc modo declarando rationem Bar. eſt
ſolutio ad contrarium, dum dicebatur, quòd capreſſio facta in teſtamento operatur. & quòd ſit teſtamentaria hęreditas, & quòd ceſſet cauſam inteſtati, nam Bar. hoc non
negauit, immo præſuppoſuit iſtud, dum dixit, quòd tacite
ineſt ea præſumpta uoluntate defuncti, quo caſu Bar. ſup.
circa contrarium. l. fi. & l. precibus dixit, capreſſum operari, & facere, quòd ceſſet illud tacitum ſed Bar. uoluit dicere, quòd operatur quidem illos effectus qui cauſantur
in conſequentiam, quia uoluntas eſt capreſſa qui non
poſſunt cauſari ex præſumpta, & ideo operatur iſtum effectum, quòd deferatur hęreditas ex ipſa uoluntate expræſſa, quæ non potuit deferri ex præſumpta nam directa
hæreditas nõ poteſt deferri niſi per inſtitutionem, quæ inſtitutio debet eſſe capreſſim ſignificata per verba, non autem poteſt induci per coniectutas. l. hæredes palam in
prin. ſup. de teſt. l. iubemus. C. de teſt. per quæ ita dicit
Pau. de caſt in. l. pen. col. i. C. de impuberum. Soc. conſi.
cxl conſiderato teſtamento, col. i. Dec. conſ. ccxi. ſubtilis
eſt caſus col. ii. & conſi. cccxiiii. pro reſolutione, & hę operatur, quod deferatur ex teſtamento, & non ab inteſtato,
hæreditas, tamen non operatur alios effectus, qui non inſetuntur in conſequentiam, ea eo quod uoluntas ſit expreſſa, magis quam pręſumpta, quia in his par eſt uirtus
taciti & capreſſi, & ideo nõ operatur, quod uideatur in cõtractu ſocietatis actum de aliqua hæreditate in caſu, ubi
prouenit ea tacita uoluntate magis quam ſi proueniret
ex expreſſa, & hoc modo intelligendo apparet, quod Bar.
optime ſenſerit, & ad tex. in d. §. de illo eſt ſolutio, quod
loquatur de teſtamentaria hæreditate, quæ non poterat
ad ſocios ab inteſtato pertinere.

Non ob. quod imputandum ſit contrahentibus, quia legem apertius non dixerunt. l. ueteribus ſup. de pactis, quia
eſt ſolutio. quod ſatis aperte dicuntur legem dixiſſe, quãdo ex capreſſis. & in conſequentiam expreſſi intelligitur
id, de quod actum eſt. l. tale pactum. §. fi. ſup. de pac. & in
caſu noſtro colligitur ſatis manifeſte, quod in contractu
ſocietatis actum ſit de ea hæreditate, quæ potuiſſet ab inteſtato peruenire, ſiue ea uoluntate tacita. ſiue ex capreſ
ſa ipſius defuncti perueniat. unum ſupereſt non tantum
70 ad confirmationem prædicte † concluſionis, quantum ad
declarationem verborum Bar. quia præſupponit, quod ab
inteſtato debeatur hæreditas ſecundum uoluntatem defuncti diſpoſitiuam, nam iſtam ſuam concluſionem decidit per rationem, de qua in ultimo mẽbro ſuæ diſtinctiones, & tamen uidetur quod non debeatur ex diſpoſitione
defuncti, ſed ex diſpoſitione legis, quia a lege defertur, &
quod ideo dicatur ineſſe ea legis diſpoſitione præter uoluntatem diſpoſitiuum, prout in. l. talis ſcriptura inſ. eo. &
ideo prima facie uidetur, quod poſſit aliqd inferri ad impugnationem rationis Bart. ſolutio. ad eſt quidem uoluntas defuncti diſpoſitiua in delatione hæreditatis ab inteſtato. l. conficiuntur ſup. ti j. ſed quia eſt diſpoſitio tacita, ſeu pręſumpta iccirco non eſt efficax, ut ex ea ſolum
dari poſſit hæreditas directa, quia hæreditas directa non
poteſt dari, niſi per expreſſam inſtitutionem, vt ſup. dictum fuit, ideo ſuppletur, ſeu coadiuuatur per diſpoſitionem legis, ut ea legis diſpoſitione deferatur hæreditas,
ut dt in. d. l. conficiuntur, eſt tamen efficax illa uoluntas
diſpoſitiua, quamuis tacita ad affectum, ut uenientes ab
inteſtato tanquam tacite honorati per dictam uoluntatem, poſſint grauari. l. conficiuntur. l. ſi quis cum nullum
ſup. tit. i.

71 † Vltra Bar. inferunt aliqui doct. hic, ad quæſtionem an
ubi ſit ſimpliciter compromiſſum, illud dici debeat uoluntarium, non ob, quod per ſtatutum partes cogantur ad cõpromiſſum. utilitas eſt maxima, quia ſi cenſeretur uoluntarium, non poſſet appellari. l. diem proferre. §. ſtari ſup. e
de arbitris, ſed ſi intelligere factũ ea neceſſitate ſtatuti,
poſſet appellari. l. fi. & ibi Bar. C. de iud. in hac qõne ſun
opin. nã Sali. in d. l. fi. & Alex. in l. j. in fi. ſup. ſolu. matr. &
Feli. in. c. fi. de re iudicata, & Rui. hic, tenuerunt, quod in
dubio intelligi debet uoluntarium adducitur illud, quod
dicit Bar. hic. reſpondendo ad. l. titia, uidelicet ut non obſtante, quod aliquid inſit ex neceſſitate contra uoluntatem, quod tamen capreſſum operatur, ut illud quod non
erat uolũtas modo ſit uoluntas, ſed hoc parum facit, quia
in caſu. d. l. titia, & Bar. hic, teſtator non cogebatur exprimere ſeu diſponere, quod quarta deducatur, licet contra
eius uoluntatem quarta eſſet detrahenda, ideo expreſſio
dicitur facta uoluntarie, ſed in caſu prædicti ſtatuti partes cogũtur compromittere, ideo faciẽdo compromiſſum
non colligitur, quod fiat ex uoluntate. Contrariũ tenuit
Pet. de Anc. conſ. clviii. mouetur, ex quo paria ſunt, quem
fuiſſe compulſum ad actum, uel quando facit illum ſciens
ſe poſſe compelli. l. nouiſſime & ibi Bald. not. per illum
text. ſup. quid falſo tuto. autho. & per not. per Bartol. in.
l. creditor inſ. de ſolutio. & hanc opinionem ſequitur Alcia. in. l. ſi quis maior. C. de tranſa. quid dicendum? Ego dico, quod ſi compromiſſum factum ſit, antequam quis petierit cõpromiſſum ex diſpoſitione ſtatuti, & tunc indubitanter procedat pri. opinio, quia ſemper hoc caſu dicetur
factum ea uoluntate quia factum antequam euenerit caſus, in quo poſſit compelli, non enim compellor ad compromittendum. antequam aduerſarius meus petat me
pelli ad compromiſſum, & in hoc caſu non militant no.
per Bar. in. d. l. creditor nec no. per Bal. in. d. l. nouiſſime.
Si uero fiat compromiſſum poſtquam aduerſarius petiit,
quod compellar ad compromittendum, & tunc procedat
ſecunda opinio, quod uideatur factum ea neceſſitate, nam
in his terminis procedunt no. in. d. l. nouiſſime, quia hoc
caſu ſcio me poſſe compelli, & eueniſſe caſum in quo poſ
ſum compelli. Non ob. dictum Bar. hic, circa ſol. d. l. titia.
quia ſol. eſt ut ſtatim dixi.

Alia eſt quæſtio, quia dictum fuit ſup. quod. ſi quis
non cogebatur exprimere illud, quid de neceſſitate ineſt,
per modum diſpoſitionis, ubi tamen expreſſit, quod talis
capreſſio operatur, ut illud idem debeatur, non tantum
ea diſpoſitione legis, ſed etiam ex uoluntate diſponentis
72 an idem ſit † quando caprimitur conditio, quæ requiritur ex neceſſitate, ut capræſſio operetur, quod dicta conditio non tantum ſit ex legis neceſſitate, ſed etiam ea uolũtate. Huic quæſtioni reſpondeo quod non, immo ſemp
condõ dicetur tacita, ꝓut prius, ut in. l. noſtra, & uoluit
Bart. ſup. in contrario. l. fi. & l. præcibus dum aſſignat rationem dñæ inter legem noſtram, & d. l. fi. & l. præcibus.
ſed quæ ſit rõ dñæ dic ſecundum Are. ꝙ expreſſio facta ꝑ
modum diſpõnis, non poteſt dici facta, niſi ad inducendũ
diſpõnem ideo inducitur diſpõ noua, non ſic in condõne
neceſſaria ſubintellecta à lege, quia cenſeri poteſt adiecta propter aliud, quàm vt faciat nouam conditionem, videlicet propter admonitionem, puta in l. muto §. j. ſupra
de tutelis, vel ad denotandum tempus, qñ debeatur legatum, vt in d. l. in conditionibus primum locum §. j. inf. de
cond. & demon. vel ad denotãdum cauſam propter quam
hæres non tenetur, vt in l. noſtra ſecundum expoſitionem
glo. & Bart. dum exponunt, ſi, pro quia, & hæc ratio eſt
bona, ex ea tamen infertur, quòd à ſimili, vbi conditio neceſſaria non poteſt cenſeri expreſſa propter aliud, niſi
propter conditionem, quod tunc expreſſio operabitur,
quod ſit conditio non tantum neceſſaria, ſed etiam voluntaria prout etiam ſupra dictum fuit.

Vltima eſt quæſtio. qualiter cognoſcamus, quod illud
quod tacite ineſt per modum diſpoſitionis ſit capreſſum
prout tacite ineſt, vel per alium modum. Hanc quæſtionem ſcriben. in ſpecie non declarant, nec reſoluunt, & tamen plures ſunt leges & deciſiones doct. quæ videntur
prima facie adinuicem repugnare. Pro concordia quorumcumque, & plena reſolutione præſentis quæſtionis
diſtingue plures caſus. Primus eſt, quando verba expreſſa, ex proprio ſignificatu nil aliud continent, niſi id

quod

quod tacite ineſt in contractu, qui celebratur, & hoc caſu non eſt dubium, quin intelligatur expreſſum, prout ineſt tacite. l. talis ſcriptura infra eodem l. liber homo infra de uerb. obli. l. non recte. C. de fideiuſ. illud tamen intelligas prout ſup. dictum fuit ut dicta expreſſio nil operetur, niſi quod cenſeatur expreſſum id qđ prius erat tacitũ, & ex diſpoſitione hóis, quod prius erat ex diſpoſitione legis. Ampliatur iſta concluſio, quãuis expreſſio nil aliud poſſet operari præter declarationẽ eius, quod tacite ineſt. l. quæ dubitationis inf. de re. iur. l. cumquid ſup. ſi cer. pet.

Limitatur iſta concluſio ut non procedat, quando id quod ineſt non eſt tacitum ſed expreſſum in aliqua diſpoſitione, quia tunc ſi illud idem per alia uerba exprimatur, dicta expreſſio cenſebitur facta per alium modum, & ratio eſt, quia ſi intelligeretur facta per eum modum, talis ſecunda expreſſio eſſet omnino ſuperflua, non enim poteſt dici facta ad declarationem eius, quod tacite ineſt, quia illud non ineſt tacite, ſed expreſſim diſpoſitum fuit, iccirco ne cenſeatur ſuperflua illa ſecunda expreſſio, contra regula. n. l. ſiquando infra eodem & cap. ſi papa de priuilegijs in. 6. neceſſe eſt, quod intelligatur facta alio modo, & propter aliud, quod non continetur in priori diſpoſitione, iſtud probat tex. in d. l. ſi ſtipulatus, in prin. ſup. de uſuris. hoc modo inducendo, in hac ſtipulatione fundum tradi de perſe, non ueniunt fructus, nec in hac, uacuam poſſeſſionẽ tradi. l. ratio. §. j. ſup. de actio. empto. & in hac fundum tradi, cõtinetur iſta, uacuam poſſeſſionem tradi, ut dicitur in d. §. j. ſi modo poteſt ſtipulationem, fundum tradi, quis etiam ſtipuletur, uacuam poſſeſſionem tradi, utrum iſta, uacuam poſſeſſionem tradi, addiecta intelligatur, prout continetur in illa fundum tradi, certe ſi intelligeretur in eum modum, non uenirent fructus in ipſa ſtipulatione. d. l. ratio. §. j. & tamẽ ueritas eſt, quod ueniunt, ut eſt caſus in d. l. ſi ſtipulatus, & propterea quod intelligatur expreſſa per alium modum, & propter aliud non ſolum propter id, quod continebatur in præcedenti ſtipulatione fundũ dari, quamuis ſignificatio uerborũ expreſſorũ nil aliud ſignificaret, quã id, qđ cõtinet ſtipulatio, fundũ dari & ratio eſt, quia in ea, fundũ tradi, nõ continetur traditio uacuæ poſſeſſionis tacite, ſed expreſſe, quia ſignificant traditionem poſſeſſionis, & ideo ſi illa alia ſtipulatio, uacuam poſſeſſionem tradi, intelligeretur facta propter traditionem poſſeſſionis, eſſet fruſtatoria & ſuperflua, iccirco intelligitur facta propter fructus. Secũdus caſus eſt quando uerba expreſſa continent aliquid ex propria ſignificatione, quod eſt prẹter & ultra illud, quod tacite ineſt in contractu qui celebratur, & hoc caſu dicetur expreſſio facta per alium modum, & per eum quem uerba ſignificant, & nota quia dico, quando eſt præter & ultra id, quod tacite ineſt, nam ſi eſſet contra aliud eſſet, ut ſtatim dicam, & hoc caſu nulla uidetur eſſe dubitatio, quia nulla eſt ratio, cur non cenſeri debeat actum id omne quod continent uerba expreſſa ex propria ſignificatione, quamuis, aliquid ſit ultra illud, quod tacite ineſt, nam cum non ſit contra illud, nulla eſt cauſa, quare debeat reſtingi propria ſignificatio uerborum. in his terminis procedit deciſio Bar. hic circa oppo. de. l. j. ſof. ſi pẽden. appll. mors inter. uidelicet, quod licet ad condemnationem capitis, tacite, & acceſſorie ſequatur publicatio bonorum, ubi tamen iudex dixiſſet, condemno Titium in capite, & eius bona publico, publicatio non dicẽretur facta acceſſorie ad capitis condemnationem, prout tacite prius intelligebatur, ſed eque principaliter, quia propria ſignificatio illius dictionis, & eſt, quod copulet principaliter non acceſſorie, ecce quod ex quo iſtud quod ſignificat propria ſignificatio uerborum, uidelicet quod publicatio ſit, principaliter non tantum acceſſorie, non eſt cõtra id, quod tacite ineſt, ſed præter & ultra, proptẹrea dicetur facta, prout uerba ſignificant, non prout tacite ineſt. in his terminis intelligo deciſionem Bar. in authẽ. ingreſſi. C. de ſacroſanct. eccl. de eo qui dedicat ſe & ſua monaſterio, qđ eque principaliter dicatur dedicare bona, prout perſonã, ut eſt propria ſignificatio illius copulatiue & nõ ſit acceſſorie, prout tacite ineſt, dum quis dedicat perſonam. Nam hoc eſt, quia illud eſt prẹter & ultra id, quod tacite ineſt, non autem, contra, ſic habemus, quod licet quis intentando appellationem, uideatur incidenter intentare cauſam nullitatis. l. carmelia. inf. de iur. patro. ubi tamẹn dictum eſſet expreſſim, dico ſententiam nullam, & ſi qua eſt, appello, non dicetur cauſa nullitatis intentata incidenter, prout prius intelligebatur ſine alia expreſſione nullitatis, ſed eque principaliter, prout uerba ſignificant, ita Bart. & Imo. in l. ſi expreſſim inf. de appell. & Phili. in. c. cum dilecte. q. 44. de app. Nam ratio eſt quia hoc, quod cauſa nullitatis ſit intentata principaliter non eſt contra id, quod tacite ineſt, ſed præter & ultra id, quod ineſt tacite in cauſa appellationis. Aduerte tamen quod aliqui tenuerunt, quod etiam iſto caſu cauſa nullitatis uideatur intentata incidenter non principaliter, uidelicet gloſ. Bal. Ang. & Sal. in l. j. C. quando prouocare non eſt neceſſe, tamen prim. opin. eſt uerior, ut patet ex prædictis utilitas autem eſt, an uideatur intentata principaliter, uel incidenter, quia deſerta inſtantia appellationis durat inſtantia nullitatis, ut per doct. in locis prælegatis ſic etiam procedit illud quod dicitur de prẹcario, nam licet tacite inſit quod duret, donec reuocetur ubi ſimpliciter conceditur. l. j. l. queſitum. §. j. infr. de præcario, & in eo non ineſt, quod finiatur morte. l. cum præcario. infra de præcario, ubi tamen conceſſum ſit præcarium ad beneplacitum concedentis, quoad uoluerit, quia uerba ſignificant, quod duret quoad durat beneplacitum & uoluntas, quẹ morte finitur. c. ſi gratioſe de reſcrip. in 6. l. 4. & ibi no. ſup. locati, iccirco precarium finietur morte & intelligitur facta expreſſio eo modo quo uerba ſignificant, non prout tacite ineſt in ſimplici conceſſione precarij, Bart. in l. centeſimis. §. ſi. infr. de uerb. obli. Dec. in l. contractus infra de regu. iur. nam ratio eſt, quia iſtud non eſt contra id quod tacite ineſt in precario, ſed preter & ultra illud, quia prius ſolum inerat, quod finiretur accedente uoluntate contraria, & nunc inducitur, quod etiam finiatur ceſſante uoluntate.

Tertius caſus eſt, qñ id quod ſignificant uerba expreſſa eſt contra id, quod ineſt, & hoc caſu fieri debent due concluſiones. Prima eſt, qđ ſi uerba expreſſa pñt cũ aliqua impropriatione pati iſtã reſtrictionem & declarationem, ut intelligantur eo mõ, quo tacite ineſt, & tunc ita debent intelligi expreſſa, non aũt prout eſt propria ſign. uerb. & ratio eſt, quia uerba debẽt impropriari, ut intelligãtur iuxta ſubiectã materiã. l. ſi inſulã ſup. de preſcrip. uer. l. ſi uno ſup. locati. ſic intelligo deciſioẽ Bar. in l. uxo. §. teſtamẽto inf. de le. 3. & in l. caius ſup. ſol. mat. vʒ qđ ex quo de iure diſpoſitum eſt quod dos ſit cõis patris & filiæ. l. 2. §. quod ſi in patris. l. non ſolum ſup. ſol. mat. iccirco dũ pater ſtipulatur dotẽ reddi ſibi uel filiæ, intelligiť facta ſtipulatio, prout tacite ineſt, vʒ ut actio ſit cõis utriuſque, non aũt intelligitur facta ſtipulatio, ita ut filia cẽſeatur ſolũ adiecta ſolutioni prout eſt propria ſignificatio illius alternatiue. l. cũ qui ita. §. qui ſibi aut filio inf. de uer. obl. nec ẽt facta ſtipulatio cuilibet pro parte, prout eſt propria ſignificatio copulatiue. l. reos. §. cum in tabulis infra. de duo. reis, ita etiam procedit deciſio Bar. & cõis in l. 4. §. pretor inf. de dam. infec. videlicet, quod attento, quia diſpoſitũ eſt per legẽ quod prius quis citetur perſonaliter ſi poteſt reperiri, & ſi nõ pōt perſonaliter reperiri, quod ſufficiat citatio ad domum, quod in commiſſio facta per iudicem, ut quis citetur perſonaliter, uel ad domum, intelligitur prout tacite diſpoſitum eſt per legem, uidelicet ſubordinate, & ſub conditione, ſi non pōt perſonaliter reperiri, non aũt ut uideatur data facultas citandi ad domum ſimpliciter, & abſolute, prout eſt propria ſignificatio uerborum, & rõ eſt, quia diſponens non preſumitur uelle recedere ab eo, quod iam per ius commune diſpoſitũ fuit, ſed potius cum illo ſe conformare, Bar. in l. ut iuſiurandi. §. ſi liberi infra de oper. lib. & in l. hẹredes mei. §. cũ ita inſ ad treb. & ibi late per Alex. col. 6. cum plur. ſeq.

Ex pdictis infero, q ex quo in cõmiſſione appelationis

ab

ab interlocutoria ineſt tacite cõmiſſio cauſę negotij principalis, in caſu quo ſi iuſtificata cauſa appellationis, ut per gloſ. Abb. & communiter alios in c.ut debitus de appellatio. icc irco ſi committatur expreſſim appellatio ab interlocutoria, & negocium principale, quod intelligatur commiſſa cauſa negotij. principalis, prout tacite ineſt, uidelicet, ſub illa conditione, ſi ſit iuſtificata appellatio, non autem intelligitur eque principaliter cõmiſſa, prout eſt propria ſignificatio illius copule, quia debemus potius recedere a propria ſignificatione dictę copule quam intelligere, quod iudex fecerit dictam commiſſionem contra id, quod a lege diſpoſitum eſt, & facit quia ſi in commiſſione appellationis ab interlocutoria lex ſubintelligit cõmiſſionem cauſę negotij principalis ſub dicta conditione, ſi, ſit iuſtificata appellatio, ex eo quia diſpoſitũ eſt, quod in eo caſu iudex ad quem, retineat cauſam principalem quanto magis in commiſſione utriuſque cauſæ debet ſubintelligi illa conditio, ſi ſit iuſtificata appellatio, quia diſpoſitum eſt a lege, quod non iuſtificata appellatione, cauſa principalis remittatur ad iudicem a quo .d.c.ut debitus, quia ſi ſubintelligitur delegatio cauſæ negotij principalis, ne uideatur delegatio facta contra diſpoſitionẽ iuris, multomagis ſubintelligi debet dicta conditio in delegatione negotij principalis, ſimul cum dicta apppellatione ne uideatur facta cõtra diſpoſitionem iuris, eſt uerum quod Rui. hic tenuit, quod immo intelligatur facta delegatio cauſæ negotij principalis, eque principaliter prout eſt propria ſignificatio illius copule, per ea quæ dicit Bar. hic, circa opp. de.l.j. inf. ſi pẽden. appel. mors interuenerit, ſed non bene loquitur Rui. nec ob. doctrina Bar. hic quia ut dixi ſup. in caſu precedenti, iccirco intelligitur expreſſio facta, prout ẽ propria ſignificatio copule in caſu Bar. quia per id non inducimus aliquid contra illud, quod per legem diſpoſitum fuit, & tacite ineſt, uerum ſollummodo inducimus unum, quod eſt pręter & ultra illud, quod tacite ineſt, ſed in præſenti. q. ſi intelligeretur delegatio facta, prout eſt propria ſignificatio copule, induceremus unum contra id, quod tacite ineſt, & a lege diſpoſitum fuit, iccirco, non debet atendi propria ſignificatio, ſed magis id, quod tacite ineſt, cum uerba ipſa cum aliquali impropriatione, ſeu ſubauditione poſſint intelligi, prout tacite ineſt ex legis diſpoſitione.

Secunda eſt concluſio, quod ubi uerba expreſſa contradicunt, & non poſſunt pati dictam declarationem, ſeu reſtrictionem, ut intelligantur prout tacite diſpoſitum eſt a lege, tũc intelliguntur expreſſa alio modo, etiam ad inducendum aliquid contra id, quo a lege diſpoſitum fuit, & dicuntur uerba expreſſa contradicere, quãdo eſſent omnino ſuperflua, ſi intelligerẽtur, prout tacite ineſt, ſeu a lege diſpoſitum fuit & illud eſt quotieſcunque illud, quod tacite ineſt uenit aliunde ex aliqua legis diſpoſitione, non ex ea, quæ ſit ſubintellecta ex uoluntate contrahentium in contractu, qui celebratur. In his terminis procedit illa deciſio communis, quod pactum appoſitum in contractu emphyteotico, ut emphyteuta, poſſit uendere, non intelligitur prout tacite ineſt ex legis diſpoſitione in emphyteuſi, uidelicet requiſito domino. l. ſi. C. de iure emphyteo. ſed aliter, uidelicet ut poſſit uendere etiam inconſulto domino, Dec. in c. quæ in eccleſiarum col. pen. de conſt. late per Iaſ. in d. l. ſi. col. 2. & ſeq. de iure emphy. nã ratio eſt, quia ſi illud pactum intelligeretur cum requiſitionem domini eſſet ſuperfluum, non enim poteſt dici factum ad expreſſionem alicuius, quod tacite ageretur in contractu emphyteutico, quia in dicto contractu non agitur nec tacite nec expreſſe de facultate alienandi, ſed ſolũ quod acquiratur utile dñiũ emphyteote, facultas uero alienandi acquiratur poſt acquiſitionem utilis dominij. l. in re mandata. C. mandati. unde ut aliquid operetur illud pactum, neceſſe eſt, quod non reſtringatur ad caſum, qui ineſt ex legis diſpoſitione in alienatione rei emphyteoticę, uidelicet cum conſenſu & requiſitione domini, ſed ſimpliciter prout uerba ſignificant, ſic etiam procedit deciſio tex. in §. ſanctiſſimas, in authen. de alien. & emphy. uidelicet, quod licet in prohibitione alienationis bonorum eccleſiæ facta a lege inſit, quod poſſint alienari pro redemptione captiuorum, ubi tamen teſtator legauit aliquam rem eccleſię, adiecta prohibitione ne alienetur, & prohibitio non intelligitur, prout tacite ineſt in prohibitione bonorum eccleſiæ, & eo modo quo per legem diſpoſitum fuit, uidelicet ut poſſit alienatio fieri in caſu permiſſo, ſed aliter intelligitur, ita ut ne dum in d. caſu permiſſo fieri poſſit alienatio, ut dicitur in d. §. ſanctiſſimas, & ratio eſt, quia dicta prohibitio teſtatoris non poteſt pati hanc declarationem, quia illa attenta eſſet omnino ſuperflua & nihil poſſet operari, ut patet, nec etiam per eam diceretur expreſſum aliquid, quod tacite ageretur in legato, quia in eo nihil agitur de prohibitione alienationis, ſed prohibitio uenit ex alia legis diſpoſitione, non ex ea, quę ſit ſubintellecta in legato ex teſtantis uoluntate, idem etiam eſt in prohibitione alienationis facta filio pupillo per patrem, non enim intelligitur facta ſolum eo modo, quo a lege ſit prohibitio alienationis bonorum pupilli, uidelicet durante minori etate, ſed etiam in caſu permiſſo a lege. 2. C. de uſucap. pro empto. nã ratio eſt, quia prohibitio teſtatoris foret ſuperflua, ſi eo modo cenſeretur facta, quia cum prohibitio legis nõ ueniat ex eo quod tacite agebatur per teſtatorem, nõ poteſt operari. prohibitio teſtatoris declarationem eius, quod tacite ageretur, non etiam alium effectum, iccirco eſſet ſuperflua, unde aliter intelligitur ad effectum ut aliquid operetur, prædicta comprobantur ex ijs, quę dixi in rubrica infra de uerb. obli. ad fin. circa illam .q. in quibus ſtipulatio interpoſita ſuper contractu ſequatur naturam ipſius, illa enim quæſtio habet maximam ſimilitudinem cum pręſenti. q. quæ iudicio meo, reſolui, debet, diſtinguendo, ut ſup. dictum eſt, & hæc ſufficiant.

F I N I S.

Venetijs Apud Georgium Caballium.
M. D. LX. IIII.